

ES THEOL.  
MISEL

18





Dies muß f.



DISPVATIO<sup>37</sup> THEOLOGICA  
DE  
RESVRRECTIONE  
CARNIS,

QVAM  
IN ILLVSTRI ACADEMIA  
IVLIA,

Venerandi & Amplissimi Collegii Theolo-  
gici consensu,

P R A E S I D E  
*Plurimum Reverendo, Clarissimo ac  
Excellentissimo Viro,*

CONRADO HORNEIO  
S. THEOL. D. ET PROFESSORE,  
HODIE DECANO AC  
PROMOTORE,

PRO LICENTIA SVPREMVM IN  
THEOLOGIA GRADVM CONSE-  
QVENDI.

*Publicè examinandam proponit*  
M. ALBERTVS E L E R S  
HAMBVRGENSIS.

*Habebitur IV. Non. Majj.*

os) o (se

HELM A E S T A D I,  
Typis HENNINGI M V L L E R I acad. typ.

C I D I D C X L I I X.





DISPUTATIO THEOLOGICA

DE  
RESURRECTIONE

IN IUSTRI ACADEMIA

Venerandi & Amplissimi Collegii Theologiae

P R A E S I D E

Plurimum Reverendo, Clarissimo

CONRADO HORNEIO

2. THEOLOGICI PROFESSORE,

HODIE DECANO AC

PROMOTORE,

PRO LICENTIA SUPREMAM IN

THEOLOGIA GRADUM CENSE

QUENDI,

Publicè examinandum presentis

M. ALBERTVS ELLERS

HAMBURGENSIS

Habebit in hoc die

1775

HEINRICH ADL

Typis Henningsii & Milleri Acad. typ.

CS 13 5119





ILLVSTRISSIMO DOMINO,  
DOMINO

**VLRICO**  
COMITI AC DOMINO  
FRISIÆ ORIENTALIS, DOMI-  
NO ESENÆ, STEDESORFII ET  
VVITMVNDÆ,  
DOMINO MEO CLEMEN-  
TISSIMO.

Illustrissime Comes, Domine  
Clementissime,

**V**anta & quàm dira Satanae, humani  
generis ab ipso primordio hostis, fuerit  
in Christianae fidei mysteriis tum per-  
vertendis tum evertendis industria, va-  
fricies & nequitia, nemo, qui historiam ecclesiasti-  
cam vel à limine salutarit, nec in eà planè hospes  
fit, ignorat. Nullus enim religionis nostrae est ar-  
ticulus, (quales alias hominibus incogniti revela-  
tione innotescunt) quem non per emissarios suos  
haereticos, sive pravis opinionibus inquinare, sive

):( 2

peni-



penitus evertere conatus fuerit, ut Ecclesia petrae  
Christo inaedificata hujusmodi machinis & arieti-  
bus concussa, si non planè rueret aut destrueretur,  
vacillaret tamen & labefactaretur. Cæterùm illa  
petra, quam diximus, & fundamento suo innixa,  
hactenus superior fuit, nec in posterum portæ in-  
ferorum aut quantacunq; satanæ rabies adverfus  
eam prævalebit. Hic autem ut homines in errorem  
trahat, & in æternum exitium, infidelitatis pœ-  
nam, præcipitet, mille quidem adhibet artes, hanc  
tamen præ cæteris insignem, quòd Rationem i-  
psam, quâ homo tanquam creatura reliquis omni-  
bus animantibus longè nobilior, excellit, & ad An-  
geloſ proximè accedit, in transversum rapit, & fa-  
cultatem aliud ab alio discernendi aliudq; ex alio  
colligendi quâ pollet, in abusum traducit. Fecit  
enim, ut quæ homines per lumen naturæ & juxta  
rectæ rationis ductum potuissent cognoscere, ut-  
pote Deum esse unum, verum, bonum, justum,  
omniscium, omnipotentem, immensum & omni-  
præsentem; animam humanam post suum à cor-  
pore discessum esse superstitem & immortalem, &  
proinde expectandum, ut ei Deus, etiam si à cor-  
pore disjunctæ, secundum justitiam suam, prout  
in corpore egerit, retribuatur; fecit, inquam Satanas  
&



& persuasit, ut hæc ferè omnes aut neglexerint aut  
depravaverint, aut veritatem, ut Apostolus loquitur,  
in injustitiâ detinuerint: ea verò quæ ex revelatio-  
ne divinâ constabant, & ex solâ constare poterant,  
ad rationis normam, quamvis eam longissimè  
transcendentia, exigent & decempedâ metiren-  
tur; & quia ad eam parum congruere animadver-  
terent, prorsus repudiarent. Nempe certum est,  
mysterium sacrosanctæ Trinitatis à tot hæreticis  
olim & adhuc hodie à multis, qui se Christianos  
venditant, quin etiam à Iudæis, Turcis & Paganis  
ideo impugnari, negari & rejici, quòd quæ omnè  
rationis vim excedunt, confundant & æquiparent  
cum iis, quorum cognoscendorum principium &  
mensura est ratio. Quis enim non frustra inquirat,  
quomodo fieri possit ut essentia divina maximè u-  
na tribus personis realiter distinctis sit communis;  
quòd æternus Deus habeat Filium sibi *ὁμοούσιον*, nec  
aliter distinctum quàm solâ personalitate? Quis  
mysterium Incarnationis rationis lumine pene-  
trabit, & plenè explicabit, quomodo unigenitus  
Dei Filius in eadem cum suo Patre subsistens exi-  
stentiâ, in consortium substantiæ assumerit hu-  
manam naturam sibiq; personaliter univerit, ut  
jam non propriâ sed divinâ subsistat *ἕως αἰῶνα*? Hæc  
quia



quia hæretici & infideles rationē superare vident,  
& modulum rerum, quibus adsuevimus, excedere,  
ideo assensum denegant, & quia comprehendere  
nequeunt, tanquā falsa rejiciunt, quæ solâ & sim-  
plici fide apprehendi oportebat. Quod autem hi-  
sce summis Christianæ religionis mysteriis conti-  
git, idem etiam Doctrinæ de Resurrectione fuit fa-  
tum, quæ pariter humanâ ratione sublimior sim-  
plici fide divinæ revelationi innixâ creditur. Quia  
enim solius rationis ductum sequutis ἀπορον & ἀ-  
δύνατον plerumq; apparet, corpus erosum, exesum,  
in favillas & cineres & vapores resolutum redinte-  
grari, & idem numero ( ut scholæ loquuntur ) re-  
stitui; inde factum, ut eam non tantum gentiles,  
qui alias multa rationis ductu & indagarunt & in-  
venerunt, absurdam & irrisione potius quàm as-  
sensu dignam judicarent: sed etiam multi hæretici,  
qui alias ex Sacris literis agnitis & admissis cogno-  
scere potuissent, in primâ præsertim & nascente  
ecclesiâ impugnaverint & rejecerint: de quibus ac-  
curatè & prolixè egerunt Patres, qui eos vel confu-  
tarunt, vel eorum nomina & catalogum ad poste-  
ritatem transmiserunt, nempe Irenæus, Tertullia-  
nus, Epiphanius, Augustinus, Theodoretus, Phila-  
stius, Ioannes Damascenus, Harmenopulus & alii.  
Et



Et hæreses hæc quidem cum suis autoribus dudum  
erant extinctæ & planè emortuæ, nisi hæreseon &  
mendaciorum parente instigante, eam ex orco in  
lucem revocassent Sociniani, qui quemadmodum  
omnes Christianæ religionis articulos aut adulte-  
rant aut negant, ita etiam mysterium Resurrectio-  
nis sibi oppugnandum sumserunt, dum inficias eunt,  
carnem hanc, quæ per mortem destruitur, resusci-  
tatum iri. Cujus hæreseos præcipuum fundamen-  
tum est, quòd rationi id parum congruere videtur,  
Omnia itaq; Scripturæ dicta, quæ de eo apertè lo-  
quuntur & testantur, pervertunt, & quæ de acci-  
dentibus ac præmiis piorum corporibus in alterâ  
vitâ ex divinâ promissione accessuris agunt, de cor-  
porum substantiis intelligunt & explicant, atque  
adeo hæc ipsa, non quæ priùs fuere, sed alia spiri-  
tualia, carne, sanguine & ossibus carentia fore col-  
ligunt. Hanc hæresin, quæ primam Christianæ fi-  
duciaë basin evertit, & piis thesaurum solatii, quo  
in ærumnis sustentantur, eripit, hac Disputatione  
examinare ac refutare, totumq; adeo mysterium  
considerare & tractare libuit. Quam nomini Tuo,  
Illustissime Comes, me inscribere & consecrare  
impulit, imò jussit singularis illa clementia & be-  
nignitas, per quam factum, ut me, non sine ductu

divi-





divinae providentiae, ut equidem accipio, ante aliquot septimanas ex patrio solo gratiosis & solennibus literis in aulam tuam evocare volueris. Quae saneres, quod mihi magis à peculiari divino nutu videtur profecta, eò quoq; me fecit promptiorem, ut DOMINVM summum Ecclesiae suae Pastorem, què Te interprete vocare nullus dubito, usum mancupioq; servus sequi non recusem, eamq; lubens, quod me mittere ipsi placuit. Tibi verò, Illustrissime Comes, Disputationem hanc, prompti & grati animi indicem, offerre volui, ut Tui in me clementis affectus & meae gratitudinis obsequiūq; publicum exstaret testimonium. Quod sicut non displiciturum confido, ita quamprimum, Deo feliciter iter dingente, in aulam Tuam venero, munerisq; clementer mihi demandati partes obire cœpero, in id unicè incumbam, ne clementiā, quā me prosequeris, indignus videar. Deum opt. max. supplex oro & veneror, ut Te, Illustrissime Domine, unā cum Illustrissimā conjugē & generosissimā sobole bono publico incolumem & florentem præstet ditissimè. Scribebam in academiā Iuliā, quae est Helmeftadii Saxonum v. Non. Maji, anno MDCCXLIX.

*Illustrissimo nomini Tuo*

*devotissimus*

*M. ALBERTVS ELMERS.*





DE  
RESVRRECTIONE  
CARNIS.

THESIS I,

**R**ECTISSIMÈ sanè Tertullianus, occi-  
dentalis ecclesiæ Doctorem, quorum qui-  
dem scripta ad nostram servata ætatem, an-  
tiquissimus, librum quem de resurrectione  
carnis scripsit, hisce orditur verbis: *Fiducia*  
*Christianorum, resurrectio mortuorum.* Nisi e-  
nim mortuorum foret resurrectio, quæ feliciorẽ & be-  
atiorẽ, quàm hodierna est, promitteret vitam, homine  
Christiano nihil infelicius esset; frustranea etiam sit vi-  
tæ ad legis divinæ normam conformatio, & in confessio-  
ne sinceræ fidei martyrum admirabilis constantia, cru-  
ciatum & tormentorum & crudelium suppliciorum  
tolerantia; vana item esset in Christo ejusque morte &  
merito fiducia; &, si rideatur resurrectionis mysterium,  
uti factum Act. xv i i. 32. nullum erit aliud Christianæ  
fidei caput, quod non itidem contemnatur aut explo-  
datur. Quare verissimè dixit Apostolus 1. Cor. xv. 19.  
*Si in hac solum vita speramus in Christum, miserissimi omnium*  
*hominum sumus.* Et S. Epiphanius in Ancorat. num. xc i.  
Ἐν ἧσδε (ἀναστάσι τῆς ἡμετέρας σαρκὸς) πάντες ὀφθαλμοῦν, καὶ κρηπίδων  
πάντες σώφρονι λογισμῷ, καὶ πάσης ἀγαθοσεργίας ἐπιπέδω ἀσθενεῖται.  
*In hac (carnis nostræ resurrectione) omnis thesaurus & sa-  
na men-*



*na mentis firmamentum, ac boni omnis officii spes est collocata.*  
Cui concinit S. Cyrillus Hierosolymorum archiepiscopus Catechesi illuminandorum XIX. initio: *ρίζα τῆς ἀγα-  
θοεργίας ἢ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς ἢ ἡ εὐδοκία τῆς μιθοπαδοσί-  
ας νευροῖ τῶν ψυχῶν εἰς ἐργασίαν ἀγαθῶν. ἔτοιμα ἔστι γὰρ ἅπασ  
ἐργάτης εἰς τὸ ἐσπεῖναι τὰς καμάρτας, εἰάν προεβλέπη τῶν καμάρτων  
τὸν μισθόν. Τοῖς δὲ ἀμιδοὶ κάμνεσι, προεκατάπιπτε καὶ ἡ ψυχὴ  
μετὰ τῷ σώματι.* *Radix bona operationis est spes resurrecti-  
onis: expectatio enim retributionis incitat mentem ad bonum  
operandum, promptiorq. fit omnis operarius ad perficiendos la-  
bores, si premium laborum praeviderit. Qui verò sine premio  
laborant, & anima & corpus illis concidit.* Hinc Iobus, quan-  
do in maximis ærumnis ac calamitatibus certæ resurre-  
ctionis spe & fide se erigit, confessionemque suam po-  
steritati relinquit, eam hincce obsignat verbis: *Reposita est  
hac spes mea in sinu meo* cap. XIX, 27. De hac igitur Chri-  
stianorum Fiducia & Spei fundamento, quod Dæmonis  
versutia & variorum hæreticorum malitia evertere &  
Christianis eripere sæpè conata est, brevibus hac quidem  
vice, quia prolixitatem temporis angustia vetant, *σω-  
θεῖα*, agemus.

II. Vbi tamen, nobis nec monentibus, cuius in  
limine constare putamus, nos hinc non agere de quacun-  
que resurrectione in sacra scripturâ hoc nomine indigi-  
tata, cui etiam causa efficiens & resurrectionis autor per  
Rhetoricam metonymiam vocatur resurrectio Ioh. XI,  
25. Sed & è miseris ac calamitatibus, quæ mortis nomi-  
ne in scripturis veniunt, ereptio & liberatio metaphori-  
cè appellatur resurrectio Psal. XL I, 9. Esa. XXIV, 20. & cap.  
XXVI, 14. Amos V, 2. c. IIX, 14. Denique hominis illa  
ex statu iræ in statum gratiæ conversio, quæ fit vel per  
baptismum, Col. II, 12. vel per justitiæ Christi imputati-  
onem



onem & gratuitam in Dei filios adoptionem, Rom. vi, 5. Col. iii, 1. vel per peccatorum agnitionem & pœnitentiam siue vitæ emendationem, Jerem. ix, 4. Eph. v, 12. dicitur resurrectio, nempe spiritualis à peccatis, quæ sunt mors spiritualis, Iohan. v, 25. In peccatis enim & *deliciis* carnis *qui vivunt, viventes sunt mortui*, 1. Timoth. v, 6. Adde Matth. i ix, 22. Eph. i i, 1. Et hæc est illa quæ vocatur *resurrectio prima*, Apocal. xx, 5.

III. De his ergo hîc non agimus, sed de resurrectione mortuorum, propriè & vere ita dictorum, non solum Christi, *primogeniti ex mortuis*, Col. i, 18. nec particulari paucorum illorum à Christo, Prophetis, Apostolis & sanctis viris resuscitatorum; sed universali illa omnium omninò hominum, qui quoad corpus in pulverem & terram versi sunt.

IV. Est autem resurrectio illa universalis, opus divinæ omnipotentia, quæ in extremo die corpora hominum omnia, per mortem ab animabus separata, soluta, destructa, & in pulverem, terram, limum, ac cineres reducta, putrefacta & abolita, iterum colligentur, amissum naturalem vigorem recipient, cute induentur, cum animabus suis conjungentur, & ita vera ac naturalia denuò existent corpora, ut ad tribunal Christi fisci & operum suorum vel præmia vel pœnas reportare queant.

V. Sublimis hæc doctrina & humanæ mentis excedens mensuram, an ex lumine naturæ, divina gratia & illuminationis auxilio destituto sibi que relicto, cognosci possit, primùm in quaestionem venit. Non enim negari potest, apud Philosophos quosdam & scriptores ethnicos dicta talia occurrere, quæ clarè testari videntur ipsis illam planè incognitam non fuisse. Hinc Seneca ep. xxxvi. *Mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit*



*vitam non eripit; venit iterum, qui nos in lucem reponat dies,*  
*quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. AEquo animo de-*  
*bet rediturus exire. Et ex rerum naturalium vicissitudi-*  
*ne corporum restitutionem adstruens addit: Obserua or-*  
*bem rerum in se remeantium: videtis in hoc mundo nihil extin-*  
*gui, sed vicibus descendere ac resurgere. Aestas abit, sed ab-*  
*ter annus illam adducit; hyems cecidit, referent illam sui men-*  
*ses: Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum*  
*iste discursus, quicquid praterierit, repetit: Pars caeli levatur*  
*assidue, pars mergitur. Seneca Stoici ferè omnes consen-*  
*tiunt. De Germanis, quod resurrectionem mortuorum*  
*crediderint, expressè affirmat Appianus:  $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$ , inquit,*  
*c. i. de bello Celtico,  $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$   $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$   $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$   $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$   $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$ .*  
*Germani mortis contemptores propter spem reviviscen-*  
*di. Et de iisdem agens Lucanus, Druidas antiquos Gal-*  
*lorum sacerdotes, hisce alloquitur verbis l. i. Pharsal.*  
*vers. 453.*

*Solis nosse Deos, & caeli numina vobis,*  
*Aut solis nescire datum: nemora alta remotis*  
*Incolitis lucis. Vobis auctoribus, umbræ*  
*Non tacitas erebi sedes, ditisq; profundi*  
*Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus*  
*Orbe alio: longæ (canitis si cognita,) vitæ*  
*Mors media est. Certe populi, quos despicit Arctos,*  
*Felices errore suo, quos ille timorum*  
*Maximus, haud arget leti metus: inde ruendi*  
*In ferrum mens prona viris, animæq; capaces*  
*Mortis, & ignavum reditura parcere vita.*

*Idem de Barbaris sive Americanis Cusco urbis accolis*  
*affirmat Ioan. Lerijs histor. navigat. in Brasiliam. Sed*  
*& De-*



& Democritum corpora hominum asservari & reviviscere docuisse, scribit Plinius hist. l. v. c. 14. cui adde Zoaroastrem apud Chaldaeos, Theopompum apud Peripateticos, teste H. Grotio de Veritat. Relig. Christ. l. 11. Multos etiam alios ex Philosophis & ethnicis scriptoribus mortuorum ac destructorum corporum restitutionem docuisse & statuiffe ex Homero, Pythagora, Platone, Plutarcho & alijs contra gentiles pluribus probant ex S. patribus Iustinus Martyr in cohort. ad Græcos, Athenagoras Philosophus Atheniensis, in Apologia vel Legatione pro Christianis, Minutius Felix in Octavio, Euseb. l. xi. de Præparat. evang. c. xxxiii. xxxv & xxxvi. & Arnobius aduersus gentes lib. 11.

VI. Verum, si ipsa tum Philosophorum tum aliorum gentilium evolvamus scripta, facile apparet eos resurrectionem illam nec credidisse, nec ex lumine naturæ investigare potuisse; sed contrâ potiùs, quando ipsis proponebatur, eam negasse ac risisse, ut non tantum ex Lucani loco jam allegato constat; sed summus ille Philosophorum Doctor Aristoteles expressè scribit l. 11. de generatione & corruptione cap. xi. text. 70. ἀνθρώπους καὶ ζῷα οὐκ ἀνακάμπτειν εἰς ἑαυτοὺς, ὥστε πάλιν γίνεσθαι τὸν αὐτὸν, *Homines & animalia in se non remeare, ita ut idem rursus oriatur.* Et communis quasi gentilium vox est illa Catulli ad Lesbiam suam:

*Soles occidere & redire possunt:*

*Nobis, cum semel occidit brevis lux,*

*Nox est perpetuo una dormienda,*

cum tamen ex occasu & ortu illo solis, temporum item, plantarum, cæterarumq; humanarum rerum vicissitudine contrarium potius concludere debuissent, prout



hoc argumentum ab eâ defumptum contra Paganos maxime urgent & amplè pertractant primitivæ ecclesiæ doctores καὶ σύλοι, ut vocat Clemens Romanus epist. ad Corinth. 1. quorum verba lubens, brevitati intentus, omitto. Videri possunt Iustinus respons. xv. ad objecta de resurrectione, Theophilus ad Autolyicum lib. 1. Minutius Felix Octavio, Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 1v. & xliix. Isidorus Pelusiotes lib. 1. epist. cclxxxiv. Epiphanius haeres. lxiv. num. 37. & 68. Qui in Ancorato omnium ferè rerum, naturali sua vicissitudine ad resurrectionis fidem inducentium, argumenta complexus num. 84. ita scribit: Ἄπιστοι — καὶ ἔθνη — ἀναστήσονται, κὰν μὴ βέλονται. καὶ ἡ κτίσις πᾶσα ἀφ' ἧμερῶν αὐτῶν ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδός. διώκει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν ἀνιηθόμεθα τὸν τροπὸν, κοιμισμὸν ἀνιηθόμενης. Ἀνατέλλει ἡ ἡμέρα ἡμᾶς διυπνίζουσα, καὶ ἀναστάσεως ὑποδεικνύουσα τὸ σημεῖον. Δρέπονται οἱ καρποὶ, καὶ ἡ γῆ πάντων ὄντων ἐκπέμνεται, τῆς ἡμῶν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς ὀρεζομένη τῶν σποσάτων. Σπείρεται ἡ γῆ καὶ βλαστίνει, ὅτι τὰ τεθλιμμένα μετὰ τὴν τομὴν ἀναστήσεται. Ἄκρις πελευτᾷ, τὰ ψαλάκια ἐκ τῆς ἀυτῆς ἀποβληθέν κύμα ἐν τῇ γῇ, καὶ κτλ. καὶ ἐν τῇ γῇ ἀποδοῖσιν ἅπαντα. Τὰ σπέρματα τῶν σπυριμμάτων σπείρεται, καὶ πρῶτον ἀποθνήσκει, ἔπειτα τελεσφορεῖται. εἰάν γὰρ μὴ ἀποθνήσκει, οὐ ζωογονεῖται. Σφραγίδας ἐν ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπέθηκε διὰ τῶν ὀνύχων, δέκα καὶ δέκα, ἀναστάσεως, ὡς τῶν ἡμῶν ἐλπίδων μαρτυρίας. Ἀλλὰ καὶ ὡς διὰ σφάλας τῆς τριχῆς τῶν ἡμῶν ἀνάστασιν ἐκήρυξε. Τὸ γὰρ δοκῶν ἐν ἡμῖν νεκρὸν σῶμα, τρεῖς αἱ τρίχες, καθ' ἐκάστην πενθόμεθα, αὐτὴς ἴσχυται, τῆς ἀναστάσεως τῶν ἐλπίδων. Quæ Dionysius Petavius ita vertit: Infideles — ac gentiles, — quamquam vel invitæ, necessarîo resurgent. Atque illos quidem creature omnes palam coarguunt; quæ quotidie speciem quandam resurrectionis ostendunt. Nam & dies occidit, & mortuorum adumbrat



brat interitum, dum soporem hominibus indicit. & eadem rursus exoritur atque à somno nos excitat, itaq; resurrectionis indicium demonstrat. Decerpuntur fructus ac rerum status exiditur; unde nostri ex hac vita digressus, velut modus quidam prescribitur. Terra profeminatur ac pullulat, quoniam qua succisa sunt, post excisionem rursus excitantur. Locusta moritur, postquam fatum quendam emisit & in terram deposuit, & aliquanto post tempore terra mandata sibi ac consepulta restituit: herbarum stirpiumq; semina conseruntur ac primum emortua ad perfecta postmodum incrementa perveniunt. Nisi enim mortua fuerint, nequaquam viviscunt. Quid, quod & in decem manuum ac pedum unguibus resurrectionem nobis quodammodo Deus obsignat, ac spei nostræ evidenti testimonio suffragatur? Quin & ipsa capillarum corona eandem resurrectionem pradicat. Etenim qua corporis pars in nobis mortua videtur, hoc est pili quotidie detonsi, atque iterum pullulantes, spem nobis resurrectionis ostendunt.

VII. Plinius quoque, indefessus ille naturæ arcatorum scrutator, resurrectionem hanc mortuorum non tantum negat lib. I I. nat. hist. c. VII. sed etiam irridet, dum lib. VII cap. LV de animarum post mortem existentia & corporum restitutione ita scribit: Puerilium ista deliramentorum, a videq; nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. Similis & de asservandis corporibus hominum, ac reviviscendi promissa Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Quæ (malum) ista dementia est iterari vitam morte? Quod & à reliquis gentilibus, quando de mysterio hoc verba ad ipsos facta, aditatum legimus: cum enim Paulus Apostolus Athenis, quæ studiorum & omnis bonæ eruditionis mater audiebant, in concione resurrectionis mortuorum meminisset, eam, quia rationi minimè convenire videbatur, alij sannis excipiebant, alij vero dicebant, Audie-



Audiemus te rursus de hac re. Act: xvii, 32. Sic quoque  
Coecilius apud Minutium in Octavio: *Nec hac furiosa  
opinionem contenti aniles fabulas adstruunt & annectunt. Renasci  
se ferunt post mortem, & cineres & favillas; Et nescio qua fidu-  
cia mendaciis suis invicem credunt; putes eos jam revixisse. Et  
Damascenus de duobus martyribus fol: 863 interprete  
Trapezuntio: *Crucifixo adhaesisti seductus inanibus verbis fa-  
mulorum ipsius, qui nescio quae fabulose dicunt futura secula &  
mortuorum corporum resurrectionem delirant, alia plurima  
ad seductionem stultorum introducetes.* - Hinc Origines,  
verè adamantius cognominatus ita scribit lib. i. contra  
Celsum: καὶ μὲν νοηθέν τὸ πρὸς τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, θροῦνται  
ταὶ γελώματα τῶν ἀπίστων. *Et quidem ubi auditum fuerit  
resurrectionis mysterium, ab infidelibus pipulo differtur. Et  
Arnobius Africanus lib. ii. contra gentes. *Audetis ri-  
dere nos quod mortuorum dicamus resurrectionem futuram?*  
Adde & Tertulliani ad nationes lib. i. cap. xix. Vnde A-  
postolus agens de resurrectione mortuorum de genti-  
libus in genere dicit, eos esse *μη ἔχοντας ἐλπίδα (ἀναστάσεως.)*  
1 Thess. iv, 13.**

IIx. Quia igitur gentiles, & nationes etiam Phi-  
losophiæ peritissimæ, non tantum resurrectionem car-  
nis non docuerunt, sed & auditam cachinno & risu di-  
gnam judicarunt, facile apparet ipsos solius naturæ lu-  
minis ductu in hoc mysterium non potuisse penetrare,  
sed divini verbi lucem ad id cognoscendum requiri: quæ  
enim prisce ecclesiæ doctores, supra citati, ex Homero,  
Pythagora, Platone & Plurarcho adducunt, ea non re-  
surrectionem mortuorum, qualis quidem à Christianis  
creditur probant, sed vel Pythagoricum illum animarum  
in alia & à prioribus diversa corpora transitum, & μετεμ-  
ψύχου, quæ à resurrectione diversissima est, vel anima-  
rum



rum separatarum in Elysiis campis statum fabulosè de-  
scribunt. Quod si verò in hisce & aliis scriptoribus talia  
occurrant dicta, quæ resurrectionem mortuorum pro-  
bare videantur, illa non ex humanæ rationis scrutinio,  
sed vel ex majorum suorum traditione & relatione, vel ex  
sacrarum literarum lectione, quarum notitia ad ipsas  
gentes etiam penetravit, sunt profecta: omnia enim quæ  
in ethnicis scriptoribus de divinis occurrunt mysterijs,  
ac magno studio & industria ab Augustino Steucho Eu-  
gubino, in aureis decem de perenni Philosophia libris,  
collecta, ex divite illo verbi divini penu deprompta esse,  
& fabulosis figmentis tecta, conspurcata & corrupta do-  
cent ac probant Iustinus Martyr cohortat. ad Græcos,  
& Apolog. 11. pro Christianis, Theophilus ad Autoly-  
cum lib. 1. & 11, Tertullianus Apolog. cap. XLVII. Cle-  
mens Alexandr. Stromat. lib. 1. & v. Minutius Felix Octa-  
vio, Theodoretus Orat. 11. contra Græcos, Augustinus  
de doctrin. Christian. lib. 11. cap. XXXIX. Eusebius de  
Præparat. Evang. lib. XI. & XII. Videatur etiam Anton.  
Possevinus lib. 11. biblioth. c. 11X. Vnde & Numenius,  
Philosophus Pythagoricus, Platonem, quod ex Mosis li-  
bris quam plurima dogmata Philosophiæ suæ inseruif-  
set, vocat *Μωσῆν Ἀττικιστῆρα*, *Mosē Atticissantem*, teste He-  
fychio Milesio Illustrio libro de illustribus viris, in Nu-  
menio. Verba ejus ex versione Hadr. Junij ita habent:  
*Numenius, Pythagoricus Philosophus, Apamia oriundus, Plato-  
nis ingenium notā perstringit, quod veluti plagio subripuerit  
ex Mosaicis libris qua de Deo & mundo prodidit. Eò spectat  
quod dicit: Quid enim aliud est Plato quam Mosēs Atticissans?*  
Et sanè Mosis scripta ethnicis non fuisse incognita, ex  
ipsis gentilibus nos docent Iustinus Trogi epitomator  
lib. XXXVI, Strabo geograph. lib. XVI. Diod. Siculus bi-  
lioth.



blioth. lib. i. num: xciv. Dionysius Longinus *ωδ. ὑψ. 8.*  
Plinius nat. hist. lib. xxx. cap. i, Eupolemo, Artapanus,  
Porphyrius lib. iv. contra Christianos & alij apud Euse-  
bium de Præparat. evang. lib. ix. cap. iv. qui omnes ejus  
expressam faciunt mentionem, licet veris fabulas misce-  
ant. Sic Galenus lib. ii. de usu partium cap. xiv. dicit,  
*Mosis doctrinam de natura rerum videri probabiliorē quā  
Epicuri;* addit autem, *utissimum esse neutrum sequi.* Aristoteli  
quoque Iudaicæ religionis mysteria innotuisse scri-  
bit Iosephus lib. i. contra Appionem. Ut rectè dixerit  
Ambrosius libro de bono mortis cap. xi. *Nostra sunt, quæ  
in Philosophorum literis præstant.*

IX Quod si igitur Democritus resurrectionem  
statuit, ut Plinius docet, non illam ex lumine naturæ,  
sed vel ex ipsis sacris literis; vel ex conversatione cum  
Iudæis in captivitate Babylonica degentibus, didicit.  
Scribit enim Diogenes Laërtius de vitis Philosoph. libro  
ix. eum studiorum causa in Persidem ad Chaldæos atq;  
ad rubrum mare esse profectum. Vixit autem sub Xer-  
xe Persarum rege, à quo Iudæi captivi detinebantur. De  
Germanis autem placet iudicium Servij, qui cum Lu-  
cani verba ad Georgic. lib. i. citasset, addit: *hanc senten-  
tiam congruere cum Philosophis qui recedentes hinc animas  
illic alia corpora aiunt sortiri.* Quæ sententia propius ad  
*ἀναστάσιον* illam Pythagoricam, quàm ad resurrectio-  
nem mortuorum, propriè ita dictam, accedit.

X. Interim tamen non est negandum, si propona-  
tur quæstio: num potentia divina se eo usque extendat,  
ut possit corpus in pulverem & cineres dissolutum resti-  
tuere, rectæ rationis ductu cognosci posse, id Deo non  
esse impossibile, qui etiam, utpote naturæ auctor, mul-  
ta eidem indidit arcana, quæ non ratione sed admira-  
tione



tione ponderanda, potentiam illam Dei oculis nostris quasi intuendam sistunt. Quod argumentum ab im-  
mensâ Dei potentiâ desumptum elegantissimè & nervosè tractant Iustinus responsione VII ad objecta de resur-  
rectione, Athenagoras de resurrectione mortuorum, & Epiphanius in Ancorato num. 98.

XI. Idem etiam ex potentissima hominis creatio-  
ne probatur: si enim Deus potuit aliquid ex nihilo, & ho-  
minem ex informi gleba creare, quomodo non possit  
eundem in pulvisculos redactum instaurare & animæ  
idem corpus conjungere. *Quis tam stultus, verba sunt*  
Minutij Felicis in Octavio, *aut brutus est, ut audeat re-*  
*pugnare, hominem à Deo, ut primum potuit fingi, ita posse de-*  
*nuo reformari? Nihil esse post obitum, & ante ortum nihil*  
*fuisse? Sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari?*  
*Porro difficilius est id quod non sit, incipere, quàm id quod fue-*  
*rit, iterare. Tu perire Deo credis, si quid oculis nostris he-*  
*beribus subtrahitur? Corpus omne, sive arescit in pulverem,*  
*sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel*  
*in nidorem tenuatur, subducitur nobis, sed Deo elementorum*  
*custodi reservatur. Adde eodem argumento contra gen-*  
*tiles pugnantes Epiphanium hæresi LXIV. num. 82,*  
*Isidorum Pelus. lib. I. epist. CCLXXXIV. & Cyrillum*  
*Hieros. Catech. IV, cujus verba ex versione Ioannis Gro-*  
*decij ita se habent: Si diffidentia quadam occasio te subeat,*  
*quasi fieri res non possit, de rebus, quæ te circumdant, eas,*  
*quæ non adparent, considerato. Tu ipse agendum ante centum*  
*aut plures annos reputa tecum ubinam eras, & ex quali & quam*  
*minima vilissimâq; substantia, ad tantam statura magnitudi-*  
*nem & talem pulchritudinis dignitatem perveneris. Annè*  
*quæ quod non erat esse fecit, quod iam est, & rursus exci-*  
*dit, ut iam resurgat effuere non potest? Qui satum pro-*  
*pter*



pter nos frumentum singulis annis renovatum exsuscitat; nos  
ipsæ in quorum gratiam ipse resurrexit, difficulter & agrè  
suscitabit? Vides ut arbores nunc tot mensibus sine fructu, sine  
foliis, permaneant: universa tamen hyeme præterita confestim  
quasi ex mortuis reviviscant? Nonne multo magis nos & fa-  
cilis ad vitam redibimus? Virga Moysi in serpentis dissenta-  
neam naturam mutata est Dei voluntate: & homo de lapsus  
de integro in suum ipsius statum non restauratur? Et eleganti-  
us multo scribit Catech. xlix: λάθε τῶν δόξασιν ἐκ τῶν  
καθ' ἡμέραν φαινομένων σοι. Πάλιν πρὸς ἑκατὸν ἐτών, ἢ καὶ Διακο-  
σίων, ἡμεῖς πάντες οἶτε λαλῶντες καὶ ἀκούοντες, πῶς ἦμεν; ἄρα οὐκ  
οἶδαμεν τῆς ἡμετέρας ὑποστάσεως τῶν σωμάτων τὴν ὑπόθεσιν; οὐκ  
οἶδα, ὅπως ἐξ ἀδενῶν καὶ ἀμέρφων καὶ μοισειδῶν πραγμάτων γε-  
νώμεθα καὶ ἐκ τῶν μοισειδῶν καὶ ἀδενῶν μορφῶται ζῶν ἄνθρωποι,  
καὶ τὸ ἀδενῆς σαρκῶν, εἰς νεύρων ἰσχυρότητα μεταβάλλεται, καὶ εἰς  
ὀφθαλμῶν λαμψρότητα, καὶ ῥινῶν ὄσφρησιν, καὶ ὠτων ἀκοήν, καὶ  
γλῶσσαν λαλῆσαι, καὶ καρδίαν πάλαισαι, καὶ χειρῶν ἐργασίαν, καὶ  
ποδῶν ὀρῆμον, καὶ παντοίας ἰδέαν μελῶν. Καὶ τὸ ἀδενῆς ἐκείνο γί-  
νεται ναυπηγός, καὶ οἰκοδόμος, καὶ δέχικτων, καὶ παντοίας τέχνης  
ἐργάτης, καὶ στρατιώτης, καὶ ἄρχων, καὶ νομοθέτης, καὶ βασιλεὺς. ἐξ  
ἀτελῶν πραγμάτων ποιήσας ἡμᾶς ὁ θεός, ἄρα τὰς περὸν ἐγγεί-  
ρα ἔδύναται, ὃ τὸ ἐντελέστατον οὕτω σωματοποιῶν, τὸ περὶ σῶμα  
πάλιν ἐγγεῖρα ἔδύναται, ὃ τὸ μὴ ὄν πλάσας, τὸ ὄν καὶ περὶ ἄρα  
ἐκ ἐγγείρας; Accipe demonstrationem ex his, quæ indices tibi sunt  
præ oculis: nate centum, vel ducentos annos, nos omnes, qui lo-  
quimur & audimus, ubi eramus? An nescimus constitutionis  
nostræ subsistentiam? Nescis quomodo ex infirmis rudibus &  
confusis rebus generemur? & ex tam rudi infirmâq; materiâ  
formatur homo: & quod erat imbecillum, cum incarnatum est,  
in robur nervorum mutatur, & oculorum splendorem, & nari-  
um odoratum, & aurium auditum, & linguam loquentem, &  
cor saliens, & manus operantes & pedes currentes, & in omni-  
modam



modam membrorum speciem. At illud imbecillum fit navium  
fabricator, & domorum opifex, architectus & omnium artium  
operarius, miles, princeps, legislator & Rex. Qui ex levibus  
rebus ita nos fecit Deus, num cadentes excitare non poterit?  
& qui non existens fecit ut esset, nunquid cadens non suble-  
vabit?

XII. Nimis autem crassa & Philolopho minus di-  
gna est illa adversariorum instantia, qua non rationi sed  
sensibus resurrectionis fides tribuitur, quando asseve-  
rant, se ideò huic mysterio adhibere fidem nolle, quia  
nullum oculis ipsorum unquam exemplum stitum fit  
hominis à mortuis resuscitati, ut est apud Iustinum apo-  
log. 11. & Minutium Felicem in Octavio: quibus rectè  
respondet Theophilus ad Autolycum lib. 1. *Negas mor-  
tuum resurrectionem: ais enim, ostende mihi saltem unum ex  
mortuis revocatum, quem si videro verbis tuis fidem habebò.  
Sed quid memorabile facis si videas & credis? Si credis Hercu-  
lem, quem flamma absumsit, vivere, AEsculapium fulmine  
iactum vitæ restitutum, quæ dementia est, nolle dare fidem is  
qua Deus loquitur? Dubitatio me tenet, etsi tibi presenta-  
rem aliquem è mortuis evocatum, an apud te fidem invenire  
possem?*

XIII. Et verò positâ Dei potentiâ, per quam pos-  
sit humanum corpus, per mortem destructum, atque  
adeò homo idem numero, ut loquimur, in integrum re-  
stitui, videtur id ipsum exigere iustitia divina, quæ cui-  
que mortalium pro meritis vel præmia vel poenas distri-  
buit. Quod cum non fiat semper in hac vita, (ut ipsa  
docet experientia,) in quâ sæpè, qui puniendi erant, pro-  
speritate gaudent, & qui præmia erant promeriti, adver-  
sitatibus premuntur, certè probabile est, genuinum ju-  
stitiæ divinæ opus & effectum alteri cuidam statui sive



vita reservari. Et quia non sola anima, sed una etiam corpus, & quidem anima per corpus, aut bene aut male egit, non sola etiam anima, vel felicitate donanda, vel poenis afficienda est, verum cum anima etiam corpus. Non alienum igitur aut aliud; nam hoc indebita reportaret premia vel immeritas lueret poenas, sed idem numero, quod in hac vita easdem cum anima exercuit actiones, eundem subibit statum vel gaudij vel cruciatum. Hac & hujus generis alia videri possunt apud Thomam contra gentiles cap. LXXI X. & seqq. Raymundum de Sabunde tit. CLV., ac Theophilum Raynaudum in Theologia naturali distinct. IIX. quaest. IV. artic. VI.

XIV. Licet autem hujusmodi argumenta resurrectionem mortuorum aliquo modo probabilem reddant, non tamen sunt apodictica & demonstrativa, quae ad convincendum adversarium sufficiant: etiamsi enim gentilis haec omnia concesserit, nihilominus de voluntate Dei, (nempe quod homines mortuos, quemadmodum potentia ejus praestare potest, & justitia exigere videtur, ita etiam velit excitare & in integrum restituere,) ex lumine naturae nihil quicquam cognosci aut demonstrari potest. Hoc ergo unice nos docet divina revelatio, verbo Dei comprehensa, quo omne suum de hominibus consilium & voluntatem nobis manifestavit. Sola igitur Scriptura est mysterij de resurrectione mortuorum principium cognoscendi, quo nos sufficientissime, non de potentia tantum, sed etiam de voluntate Dei erudimur.

XV. An autem ex utroque, an vero ex solo T. Novo, seposito Veteri, illa cognoscatur, an & in utroque sit revelata & ad credendum manifestata ac proposita, iterum quaeritur. Nam Sociniani sive Photiniani, & Remon-



Remonstrantes five Arminiani, qui hodie ferè cum Socinianis in omnibus consentiunt, & unà cum illis omnes Christianæ fidei articulos infringunt & oppugnant, negant doctrinam de resurrectione in V. T. fuisse creditam & populo publicè propositam, sed saltem per umbras & figuras insinuatam. Verba ipsius Socini, quibus Radeccio hanc quæstionem proponenti responderet in epist. v. ad eundem, ita habent: *Dicam abs te rogatus, quid hic sentiam. Resurrectionem mortuorum ante Christi prædicationem publicè annunciatam populo non fuisse, (quod & ipse sentis) cùm Veteris Testamenti scripta docent, quæ vix aliquid partim adumbratè, partim figuratè de ea tradunt, tum novi fœderis litera demonstrant, quæ visa æterna pateractionem uni Christo manifestè tribuunt. Sed præterea ita rem se habere vel id ostendit, quod in populo Saducæorum seculi erat, eaq; antiqua, cui si non magnus numerus, cerè ex primoribus pleriq; adharebant, teste Iosepho lib. Antiquitatum Iudaicarum XV. cap. 2. & Christi atq; Apostolorum tempore, ex hac seculi principes Sacerdotum in populo erant, ut colligitur ex cap. V, 17. Actuum. Hac autem seculi, nec resurrectionem mortuorum, nec animorum immortalitatem admittebat. Ex quo concludi potest, non resurrectionem modò, sed ne vitam quidem post hanc presentem ullam populo antehac divinitus fuisse annunciatam. Hinc consequitur necesse esse, Phariseos, qui Christi & Apostolorum tempore mortuorum resurrectionem fore confitebantur, vel eam, quemadmodum etiam animorum immortalitatem, præ desiderio, quo omnes vitam immortalis tenemur, sibi finxisse, hucq; loca aliquot ex divinis testimoniis petita accommodasse; vel (nempe ut ii, qui in hanc vitam immortalis spem, eius insita cupiditate unà cum maxima populi parte venerant,) Christo mortuorum resurrectionem publicè annunciant facile assensos esse, & ab ipso primum ad eam firmiter credendam excitatos fuisse. Nam quod ipsi,*

*ante*



ante Christi prædicationem, talem iustorum à mortuis resurrectionem non crederent, qualem Christus annuntiavit, locuples testis est idem Iosephus prædicto loco: ait enim illos credidisse, animas improborum hominum sub terrâ perpetuo carcere includi, proborum verò inde aliquando emergere, & in alia corpora migrare, nec amplius quidquam addit, additurus sine dubio, si quid præterea de futura post hanc vitam eorum, qui hic iuste visissent, conditione sperassent. Remonstrantes in Responsione ad libellum Contra-Remonstrantium, cui titulus: Specimen calumniarum &c. à Socino edocti ita scribunt: Ex scriptura constat, non minimam populi Iudaici partem resurrectionem mortuorum, & vitam sæculi futuri sive æternam negasse; quod nullo modo verisimile est eos facturos fuisse, si clarè apertè & in terminis promissiones vitæ æternæ in V. T. factæ essent. Ex quorum schola Hugo Grotius lib. ii. de veritate religionis Christianæ: Moses in Religionis Iudaicæ constitutione, si diserta legis pæctæ respicimus, nihil promisit supra huius vitæ bona, terram uberem, penum copiosam, victoriam de hostibus, longam & valentem senectam, posteros cum bonâ spe superstites. Nam si quid est ultra, umbris obtegitur, aut sapienti ac difficili ratiocinatione colligendum est. Quæ causa fuit, cur multi, qui legem Moysi seque se profiterentur, ut Sadducæi, spem omnem de bonis post hanc vitam adipiscendis projicerent. Et latius sententiam suam explicat annotat. in Matth. v, 20. Vnde etiam, satis audacter, omnia V. T. loca, quæ de resurrectione mortuorum agunt, eamque satis clarè proponunt & explicant, in sensum alienum torquet & de felicitate temporali & reip. Iudaicæ restitutione interpretatur. Et cum omnium clarissimum illud V. T. de resurrectione mortuorum testimonium, quod est Dan. xii. corripisset, addit: Reddendum est Porphyrio, quod ei debetur testimonium



monium; est enim hunc locum optimè interpretatus de iis, qui ob legis cultum diu exorres ad sua rediere; sic tamen, ut voces mira arte ita sint temperata, ut resurrectionis mysterium, quod apertè ante Evangelium revelari non debuit, innuant magis quàm explicent. Et claudit hoc elogio: Nihil potuit dici verius. Porphyrius autem hanc explicationem à Sadducæis mutuatus est, quos eadè glossâ locum hunc perveruisse docet Menasseh ben Israel lib. I. de resurrect. mortuorum cap. VI. Et videtur huic sententiæ favere dictum illud Sadoci & Baiethosi quod adducit Schindlerus in Lexico voce פְּתָי. Si scivissent Patres nostri quod futura sit vivificatio mortuorum & donatio mercedis justorum in mundo futuro, non ita docuissent.

XVI. Verum enim verò satis luculenta & illustria in Veteri Testamento extant dicta, quæ non figuratè saltem sed expressè, & secundum literam, resurrectionis mysterium pandant & doceant. Unde etiam Salvator noster illud contra Sadducæos adversarios ex verbis Dei ad Mosè factis probat & demonstrat, quando ad objectionem & argumentum ab absurdo desumptum, his respondet verbis: *Filij huius seculi ducunt uxores & nuptum dantur, qui verò digni habiti fuerint, qui seculum illud consequantur & resurrectionem ex mortuis, neque ducunt uxores neque nuptum dantur.* Hæc ad objectionem Sadducæorū Dominus. Argumentum pro resurrectione his subjungit verbis: *De resurrectione non legistis, quod vobis dictum est à Deo dicente: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob. Deus autem non est Deus mortuorum, sed viventium.* Cujus argumenti vim & *דודס עי* præ aliis egregiè monstrat & deducit Clarissimus Theologus, Georgius Calixtus, Præceptor meus filiali obsequio observandus, libro de immortalitate animæ cap. IV. Extat au-

C

tem





tem locus ille à Domino allegatus Exod. 111, 6. quem Manasseh ben Israel in suo de resurrectione mortuorum libro, ubi ex xxiv. Veteris Testamenti locis, ut ait lib. 1. cap. 3. in fine, eam probat & demonstrat, non adduxit, sed consultò, forte ex odio in Messiam, omisit.

XVII. Luculentus & perspicuus etiam est locus ille Daniel. xii, 2. *Multi qui dormiunt in terra pulvere evigilabunt, hi in vitam aeternam, illi verò ad opprobrium & contemptum aeternum.* Nam hæc verba non loqui de liberatione ex temporali aliquo periculo & infelicitate, docet Magister noster Christus loh. v, 28, 29. ubi paululum immutatis verbis ait: *Venit hora in qua omnes* (hæc particula explicat *Multi*, quod est apud Danielelem, ostenditque illud non ad prædicati distributionem, sed subiecti determinationem referendum,) *qui in monumentis sunt, audient vocem Filij hominis. Et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui vero mala fecerunt in resurrectionem iudicij:* hæc enim Christi verba, ijs qui apud Danielelem leguntur, esse gemina, egregiè quoque observat Augustinus lib. xx. de civit. Dei cap. xxiii. Quod autem ad explicationem Porphyrij, quam tanto opere extollit & sequitur Grotius, attinet, illa textus scopo planè contrariatur: si enim hæc angeli verba de felicitate aliqua temporali, per resurrectionem significata, intelligenda essent, sequeretur, impiis, quos etiam resurrecturos affirmat, idem cum pijs gaudium & latitiam ac è summis periculis liberationem promitti, & ad ipsos etiam angelicam hanc consolationem pertinere: cum tamen in textu expressè impiorum status piorum statui opponatur, & diversam fore prædicetur. Nec post tempora Antiochi doctores legis Iudaicæ fulserunt, ut firmamentis splendor & sicut stellæ, sed potius cum legis depra-



depravatione & religione labascente temporalis etiam felicitas imminuta est & ad occasum inclinavit; nec impij qui tempore Antiochi floruerunt, ipso defuncto surrexerunt & clariores redditi, sed potius occubuerunt & occiderunt. Vide plura apud Hieronymum Comm. in Danielē.

XIIX. Neque minus manifesta & illustria sunt verba illa Iobi, quæ de mortali hac vita & in feliciorum statum restitutione propemodum desperabundus protulit capite XIX. & ex versione Ioan. Coccei, quæ ad Ebræam veritatem maximè accedit, ita habent: *Sane ego novi, quod vindex meus vivit, & postremus super pulverem stabit. Et postquam cutis mea destruxerint hac, etiam ex carne mea videbo Deum, quem ego videbo mihi, & oculi mei viderunt (rectius veritur per futurum: Oculi mei videbunt) & non alius. Confecti sunt renes mei in sinu meo.* Græca versio quæ pro LXX. hodie venditur ab Ebræi textus sensu multum recedit: οἶδα γὰρ ὅτι αἰώνιος ὁ θεός, ὁ ἐκλύσει με μέλλον. Ἐπὶ γῆς ἀναστήσεται τὸ δέσμα μου τὸ ἀνανήλθον ταύτης. ὡς γὰρ κερὶ ταῦτά μοι συνεπέλεσθη, ἀ ἐγὼ ἐμαυτὸ συνεπίστωμαι, ἀ ὁ ὀφθαλμὸς μου εἶδεν, καὶ σὺν ἄλλοις. Πάντα δὲ μοι συνεπέλεσα ἐν κόλπῳ. *Novi quod æternus est qui me solvet. In terra resurget pellis mea exantians hac. A Domino enim hæc mihi confecta sunt, quorum ego mihi ipsi conscius sum, quæ oculi meus vidit & non alius. Omnia autem mihi consummata sunt in sinu.* Versio LXX. interpretum, quæ à Cyrillo primùm Alexandrino post Constantinopolitano Patriarchâ Serenissimo Angliæ Regi donata, quæq; Theclæ, pro ut subscriptio testatur, manu scripta creditur, & in florentissima Oxoniensi bibliotheca asservatur, cujus partem aliquam, nempe Iobum cum Nicetæ Heracleæ metropolitæ catena in illum edidit Patritius Iunius bibliothecarius regius, & integram se daturum pollicetur in



notis ad Clementis Romani epistolam, cum vulgari & communi paucissimis saltem mutatis convenit: οἶδα γὰρ ὅτι αἰνεῖται ὅτι ἔκλυεν με μέλλων ἐπι γῆς. Ἀναστῆσαι δὲ με τὸ σῶμα (rectius communis versio legit, τὸ δέσμα, quod Ebraei textus sensum magis exprimit,) τὸ ἀναστῆσαι ταῦτα. Παρὰ γὰρ κυρίως μοι ταῦτα σωσετέλεσθαι. Ἄ ἐγὼ ἐμαυτῷ σωσετέλεσμαι, ἀ οἱ ὀφθαλμοί μου ἐώρακασιν, καὶ σὺν ἅλλοις. Quia igitur versio hæc Græca à Iobi scopo plurimum recedit, ac verbis ejus alienum sensum tribuit; hinc forte factum, ut pauci ex Græcis Patribus illa de resurrectione à mortuis fuerint interpretati, sed plerique de corporis, ulceribus laceri, restitutione in integrum tantum explicarint. Cyrillus tamen Hierosolymorum archiepiscopus de resurrectionis fide à Iobo credita intelligit Catechesi illuminandorum xviii. Chrysostomus verò utramque explicationem admittit apud Nicetam in catenâ, ita tamen ut hanc alteri præferat eique adhareat. Verba ejus hæc sunt: εἶθε, Φησὶν, ἀναστῆσαι ὁ Θεὸς τὸ δέσμα με τὸ ὑπομένειν ταῦτα. Ἔσθμα ἢ ἐνπύθην διδασκόμεθα ἐκκλησιαστικόν, ὅτι τὸ σῶμα τὸ τὰς πειρασμὸς ὑπομένει καὶ τὰς βασάνους, αὐτὸ σωσάσεται τὴν ψυχὴν, ἵνα καὶ σωσάσεται. Διὰ τὸ εἶπε, τὸ ἀναστῆσαι ταῦτα. ἔ γὰρ δικαίον, ἄλλο μὲν πάχειν ἄλλο δὲ ἀνίστασθαι. ἄρα ἡδεὶ περὶ ἀναστάσεως, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ περὶ ἀναστάσεως σαμαίτων, εἰ μὴ τις λέγει ἀνάστασιν εἶναι τινὲ ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων αὐτὸν δεινῶν. Καλῶς δὲ αἰτίαι εὐλογον ἤθησι τῆς μεταβολῆς. Αὐτὸς, Φησὶν, ἐπληξεν, αὐτὸς καὶ ἰάσεται, καὶ ὁ ποῖς δευτοῖς θεοβαλὼν, αὐτὸς καὶ καθαρὸν τῶν παθῶν ἀναδείξει καὶ τὰ τὸ δύστηνον σῶμα. ὅψε γούν ποτὲ τῆς πολυπαθείας ἀπαλλάξας ἐπιχειρήσει τῶν ὀπκιδίων ἰσχυροὶ πόνων. ὁ μὲν τοι Θεοδοτίαν ἐκδὲς, ὁ ἀγγιχθεὶς με ζῆ, καὶ ἔχατον ἐπι χάματι ἀναστῆσαι, πείθει σωάσπειν τὰς δὲ σίχας, καὶ ἔπως ἀναγιγνώσκειν, οἶδα γὰρ ὅτι αἰνεῖται ὅτι ἔκλυεν με μέλλων ἐπι γῆς, ἀναστῆσαι τὸ δέσμα με τὸ ἀνα-



ἀναλίσσει ταῦτα. Ὁ δὲ νῦν εἶπεν. Ἀθάνατος ἦν ὁ θεός, ἔφη  
εἶσμέν. Ἐμὲ δὲ εἰς γῆν ἀναλίσσας Διὰ θανάτου, πάλιν ἐκ γῆς ἐγε-  
ρεῖ Διὰ τῆς ἀναστάσεως ἢ καὶ τῆς νεκρῶν ἐκλύσεως, ταῦτα εἶπεν, ἐλευθε-  
ρώσας, πάλιν ἀνακαμίσσει τὸ δέσμα καὶ τὸ πῦρ ἰσθμῶσι Διὰ φθέρην.  
Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, ἔτι πάλιν δάποκα θήσονται, δόποι λέγει καὶ ζωοποιεῖ.  
*Vitam, inquit, Deus cutem meam resuscuet, quæ hæc perpeffa  
est. Hinc autem dogma ecclesie docemur, quod corpus, scilicet  
ipsum tentationes & cruciatus sustinens, unâ cum animâ re-  
surgat, ut gloriâ eum illâ simul fruatur; unde dixit, quæ per-  
petitur hæc: Non enim æquum est, ut aliud patiatur, & ali-  
ud resurgat. Non ignarus igitur resurrectionis fuit, neq; meâ  
quidem sententiâ resurrectionis corporum; nisi quis dicat, libe-  
rationem ab ærumnis quibus premebatur, resurrectionem esse.  
Recte autem causam mutationis rationi consentaneam at-  
tulit: Ille, inquit, vulneraverit, ille etiam medebitur, & qui  
deplorandum hoc corpus miseris afflixit, ab ærumnis & dolori-  
bus liberum reddet. Tandem ergo aliquando multijugis per-  
pessionibus eximens, dolorum ac laborum incumbentium, in-  
ducias mihi largiatur. Ac Theodotio quidem sic reddens, Re-  
demtor meus vivit, & novissimè super pulverem susci-  
tabit, persuadet duos versiculos esse coniungendos, atque ita  
legendum: Scio enim quia æternus est, qui me resolutu-  
rus est super terram, ad resuscitandam cutem meam  
quæ hæc perpetitur. Sensus autem verborum hic est: Im-  
mortalis est Deus, cuius nos genus sumus; me vero, postquam in  
terram per mortem resolverit, rursus à terrâ per resurrectio-  
nem suscitabit: vel, postquam à morbo resolverit, id est, libe-  
raverit, rursus cutem meam tabe corruptam renovabit: ille  
enim est, qui dolere facit, & sanitati rursus restituit; qui inter-  
ficii & vivificat. Communis etiam Iudæorum est sen-  
tentia, Iobum in hisce verbis non agere de resurrectione  
à mortuis, sed restitutione pristinæ valetudinis & felici-  
tatis*



tatis, pro ut post multos docet Menafeh ben Israel lib. r.  
de resurrect. mortuor. cap. 111. Nihil, inquit, in eo (Iobi  
loco) est, quod ad resurrectionem pertinet, neque ullus Hebræo-  
rum reperitur, qui verba hac in istam sententiam exposuit. Et-  
enim verborum istorum hac mens est: scio & novi eum, qui re-  
demptor est anima meæ, quiq; eam transfert ad beatitudinis  
sedes, vivum æternumq; esse in secula seculorum. Illud etiam  
scio, quod novissimè super omnia terrestria permanurus sit. Hoc  
modo Esaias Dominum Deum vocat primum & postremum.  
Et licet quis hæc verba alio sensu explicet, nihil tamen dicet quod  
ad resurrectionem pertinebit, ut egregiè ait Clarissimus doctissi-  
musque D. Gerhardus Ioh. Vossius dissertatione Theologica de  
resurrectione mortuorum. Falsò autem impostor hic erro-  
ri suo palliando Vossii nomen præterdit: nihil enim tale  
in dissertationibus ejus invenitur, & frustra quis hæc ver-  
ba à Iudæo allegata in iis quæret. Verba verò disputa-  
tione I. de resurrectione carnis thes. ix. ita habent: *Locus  
ille Iobi xix. is sicut in eos (Sadducæos) movere mirandum  
non est, quando Veteres Ebræi omnes & è nostris doctissimus in-  
terpres Mercerus sic eum locum transferunt & explicant, ut nihil  
faciat ad resurrectionem.* Iudæos autem hic sequuntur Mer-  
cerus & Drusius, viri aliàs in linguâ Ebræâ exercitatissimi.

XIX. Melius autem Hieronymus, Ebræi idiomatis  
satis gnarus, epist. lxi. ad Pammach. de erroribus Iohan-  
nis Hierosolymitani: *Quid hæc Prophetiâ, inquit, manife-  
stius? Nullus tam apertè post Christum, quam iste ante Chri-  
stum de resurrectione loquitur.* Quâ sententiâ fortè etiam  
motus liberius paululum in Versione sua est inter præta-  
tus. Scio quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die  
de terra resurrecturus sum: Et rursus circumdabor pelle meâ,  
& in carne meâ videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse &  
oculi mei conspiciuntur, & non alius. Contra Iudæos  
autem, qui que cum eis hac in parte faciunt, Iobi hanc



fidei confessionem stylo ferreo plumbea lamina vel saxo  
infulpi dignam, dudum vindicarunt Clarissimi Viri Dn.  
D. Georg. Calixtus lib. de Immortalitate animæ cap. v.  
num. 8. 9. 10. Ioannes Gerhardus Tract. de resurrect.  
mortuor. pag. 980. Sixtinus Amama antibarb. Bibl. lib.  
111. pag. 673, & Ioannes Coccejus comm. in Iobum  
h. l. ad quos lectorem remittimus.

XX. Ex adductis igitur, & aliis Veteris Testamen-  
tilocis, quæ item de resurrectione agunt & ab aliis du-  
dum observata, clarum esse arbitror, doctrinam de re-  
surrectione mortuorum etiam Iudæis sub Veteri fœdere  
degentibus, notam & ad credendum propositam fuisse.  
Quod si quis horum dictorum claram veritatem infrin-  
gere ac frivolis explanationibus obscurare studeat, & ita  
nihilominus asserat hoc mysterium in V. Testamento  
vulgo fuisse incognitum, ex eo quarimus; si in V. Testa-  
mento mysterium de resurrectione carnis fuit ignotum  
nec propositum, unde septem illi fratres, quorum per-  
petua memoria in libro 1. Maccabæorum cap. vii. ce-  
lebratur, de eo fuerint edocti? hi enim sola resurrectio-  
nis spe fulti, læto animo ac imperterrita fronte tyranni-  
ca tormenta perpeffi, crudelissimam mortem pertule-  
runt. Cum enim fratrum secundus maximis cruciati-  
bus angeretur, ad Antiochum; *Tu quidem scelesse, inquit,  
presentem vitam nobis eripis, at mundi Rex in aternam resur-  
rectionem vitam nos suscitabit.* Et tertius *Hæc è cælo, ait,  
accepi, hæc eadem sperno propter leges eius, à quo me spero rur-  
sus ea recepturum.* Mater etiam ad filios: *Mundi creator  
ille, qui formavit hominis nativitatem, & progeniei omnium  
ac spiritus autor est, idem rursum vitam quoque vobis clemen-  
ter redditurus est, qui nunc vos ipsos legibus ipsius posthabetis.*  
Nec excipere licet, librum hunc Maccabæorum in ca-  
nonem

*arguta alia*  
16



nonem receptum non esse, ideoque ex eo argumentum pro articulo aliquo fidei in Canonicis scriptis non tradito, desumi non posse: non enim resurrectionem mortuorum ex eo probare instituumus, sed sufficit nobis fides historica, quæ libro huic denegari nequit, quâ doctri- nam de resurrectione mortuorum publicè notam & cognitam fuisse constat. Et eandem historiam describunt Iosephus lib. de Maccabæis cap. iix. & ix. & Iosephus ben Gorion lib. iiii. cap. v. & vi.

XXI. Si etiam in Mose & Prophetis resurrectio mortuorum non clarè proponeretur & doceretur, quomodo Abraham quinque illos fratres epulonis damna- ti & in gehennam detrusi non ad prædicationem homi- nis à mortuis resuscitati, sed ad lectionem Mosis & Prophetarum ablegaret, dum diviti illi roganti, ut Laza- rus missus fratres ad poenitentiam & vitæ emendatio- nem hortetur, respondet: *Habent Mosen & Prophetas au- diant illos. — Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, persuadebuntur.*

XXII. Vnde & Theophilus Antioch. affirmat, se resur- rectionem mortuorum ex prophetorum scriptorū le- ctione didicisse, & Autolycum ad eadem legenda hor- tatur lib. i. *Ego quidem, ait, quondam parum credidi re- surrectionem futuram: ast ea cum animo diligenter volvens re- volvensq; quæ modo diximus, nihil hesitate libenter iis fi- dem accommodo, simul etiam incidens in sacras Scripturas sanctorum Prophetarum, qui & per Spiritus afflatum prædixe- re præterita eo modo quo facta sunt, & præsentia eo quo sunt modo, & futura quo ordine perficientur. Demonstratione igitur confirmatus ex iis, quæ eveniunt & prædicta fuerunt, non amplius sum incredulus, sed Deo fidem habeo, lubenti animo ei obtemperans. Cui te adhortor ut subiicias, & fidem habeas, ne si*



ne si nunc incredulus esse pergas, aliquando credere cogaris magno tuo malo in sempiternis pœnis. — Verum tu ipse si placeat, ad studiosè Propheticas scripturas, & illa maiori evidentia te instituent, quo pacto evitare possis sempiternas pœnas, & nancisci æterna bona, quæ Deus pollicetur suis cultoribus.

XXIII. Nec quicquam pro negante sententia facit ratio, à Socinianis & Remonstrantibus adhibita, Sadducæos resurrectionem mortuorum negaturos non fuisse, si illa in V. T. clare manifestata & credita fuisset. Quis enim multorum hæreticorum perversam malitiã ignorat, quã nõ verentur sapius manifestissima scripturæ dicta corrumpere & in deteriorem trahere sensum, quò falsam & præconceptam opinionem defendere, ac veritati velum & tenebras obducere possint. Nonne ipsi Sadducæi etiam negarunt dari angelos, Act. xx i ii, 8. quorum tamen multoties in libris Mosis expressa fit mentio: concedamus enim Socino in Fragmentis de Iustificatio-  
*pag. 48.*  
ne *Charaim* (rectius dixisset *Karaim*, quos de veterum Sadducæorum esse reliquiis docent Benjamin Tudeleus Itinerario, Ioseph. Scaliger l. ii. de emend. Temporum, Serarius Minerval. lib. ii r. cap. rr. Ioan. Drusus Præterit. lib. v. ad Act. xx i ii, 8. Abraham Scultetus exercitat. evangel. lib. i. cap. xx. & Ioan. Seldenus de anno Civili & Calendario veterum Romanorum cap. ii.) *Prophetas rejecisse*. Quod etiam de Sadducæis communiter affirmatur auctoritate Tertulliani de Præscript. c. xlv. Origenis & Hieronymi comment. in Matth. xxii, & Isidori Originum lib. iix. cap. iv. Verùm Sadducæos non tantum scripta Mosis sed & Prophetas recepisse ac publice una cum Pharisæis legisse, nec nihil præter Pharisæicas illas traditiones à majoribus invecas rejecisse, dudum, ex Iosephi lib. xiii, antiq. cap. xlix. ab aliis malè

D

intel-

*Remonstrantibus  
Obj. Socinianorum.*



intellecto, nos docuerunt Ioseph. Scaliger elencho Tri-  
hæresii Serarii, cap. xvi. & Ioan. Drusius de tribus sectis  
lib. ii. cap. ix, quibus etiam consentit Menasseh ben  
Israel lib. i. de resurrect. mortuor. cap. vi.

XXIV. Quod si igitur ex eo, quod quidam inveni-  
antur qui hunc vel illum fidei articulum negant, infer-  
re liceat, eum in scripturis clarè & perspicuè propositum  
non esse, contra manifestam quoque scripturam negan-  
dum erit, in Veteri Testamento angelorum mentionem  
fieri, quos item Sadducæi admittere noluerunt. Vel cer-  
tè dicendum, illam de angelorum existentia sententiam  
Sadducæis falsò in Novi Testamenti Scripturâ attribui.  
Et sanè ex hac argumentandi & consequentias necendi  
ratione Iudæi auctoritatem N. T. elevare conantur, dum  
asserunt, falsò de Sadducæis affirmari quod negarint an-  
gelos sive spiritus, qua de re Menasseh ben Israel l. cap.  
*pag. 43.* ita scribit: *Quod dicuntur (Sadducæi) negasse spiritus, non  
disputo. Sane, ut multi putant, sic sequeretur eos negasse legem  
Mosaicam que variis in locis angelorum mentionem facit; præ-  
tereà certum est, eos non negasse librorum Prophetiarum auto-  
ritatem, ut ex Talmude liquet. Quod hic dicit, multos  
hanc statuere consequentiam, id de Iosepho Scaligero  
intelligit, à quo eandem etiam didicit. Is enim cum in  
elencho Trihæresii Serarii cap. xvi. objectionem  
*pag. 299.* & contra Veteris Testamenti claritatem instantiam sibi  
proposuisset, hisce verbis: *Ego quero, quomodo aut quâ fron-  
te poterant (Sadducæi) negare angelos esse, cum diserte in le-  
ge expressum sit nomen angeli? Exod. l. ii, 2. & alibi in pen-  
teucho, octies ut minimum. Respondet: Hoc fatcor me igno-  
rare.* Rectius autem multò respondet Gerardus Io.  
Vossius de Origine & progressu idololat. lib. i. c. vi. init.  
Sadducæos illa quæ de angelis in V. T. leguntur eludere  
foli-*



solitos, quodq; per angelos vel intellexerint qualitates  
quasdam à Deo in hominum imaginatione productas,  
vel dixerint esse spectra aut spiritus ad tempus saltem à  
Deo procreatos, quibus angelorum nomen tributum,  
& quorum operâ Deus in suâ hominibus voluntate si-  
gnificandâ uti voluerit, quosque postea, absoluto ne-  
gotio ad quod erant compositi, destruxerit ac dissolve-  
rit. Quæ sententia etiam est Ioan. Cameronis in myro-  
thecio ad Actor. xxi. 11, 8. Vel dici etiam potest, Saddu-  
cæos ad loca illa V. T. in quibus angelorum nomen &  
officium occurrit respondisse; angelos illos non esse spi-  
ritus incorporeos, sed substantias quasdam corporeas,  
ratione præditas & subtiliora habentes corpora, idque  
hoc argumento, quod non nisi forma corporea apparue-  
rint, manducarint ac biberint.

XXV. Quod autem Socinus addit, Pharisæos vel  
præ immortalis vitæ desiderio, quo omnes tenemur, re-  
surrectionem mortuorum & animæ immortalitatem si-  
bi finxisse, vel à Christo publicè eam docente didicisse,  
eiq; assensos esse; utrumque falso & contra veritatem di-  
citur. Quid enim opus erat talè quid fingere, quod  
jam antè vulgò notissimum erat, qui huic spei innixus  
maxima tormenta subire non formidavit, ut ex historia  
Maccabæorum docuimus? Quis verò affirmanti credet,  
Pharisæos, infensissimos Domini hostes, ex ipso verita-  
tatem discere voluisse, cum tamen omnia potius negan-  
da putarent, quàm veritati, ex sacris Prophetarum ora-  
culis eruta, assensum præbere, eamque amplecti? Quo-  
modo denique sine maximo populi, ut ipsi quidem ex-  
istimassent, scandalo doctrinam Iesu nostri, qui seductor  
populi, præstigiator, legis perverfor, & quid non? au-  
diebat, quomodo, inquam, eius doctrinam pro vera  
agno-



agnoscere, amplecti & populo persuadere potuissent?  
Sed ita fieri solet ut impudentia si semel veritatis limi-  
tes transilierit, nullos fingendi terminos inueniat. Lo-  
cus autem Iosephi quem pro suâ allegat opinione So-  
cinus, ipsi maximè contrariatur: scribit enim Iose-  
phus, *Phariseos statuere animas improborum hominum sub*  
*terra perpetuo carcere includi;* (quæ communis omnium  
Iudæorum tam antiquorum quàm recentiorum & ho-  
diernorum est sententia, de quâ infra agemus;) *probo-*  
*rum verò animas inde aliquando emergere & in alia corpora*  
*migrare,* quæ est Pythagorica illa μετασφύχσις, quam  
Phariseos complexos esse Iosephus docet. Huic ergo  
errori Pharisei tum, cum Iosephus hæc scriberet, ad-  
hærescebant: quare rectè addit Socinus: *Nec am-*  
*plius quicquam addit,* (Iosephus) *additurus sine dubio, si quid*  
*præterea de futura post hanc vitam eorum, qui hic justè vixis-*  
*sent, conditione sperassent.* Scripti autem sunt libri anti-  
quitatum Iudaicarum post desolationem & excidium vr-  
bis Hierosolymæ, & quidem absolutis & confectis jam  
libris illis VII. *ἑξ ἀλώσεως,* ut ipse testatur Iosephus pro-  
œmio sive lib. I. cap. I. & cap. XII. & lib. XIII. cap. VI.  
Tempore autem excidii jam omnes Apostoli præter uni-  
cum S. Ioannem martyrium subierant, & ex hac vita  
emigrarant, ut ita Pharisei, si non antè eam credide-  
rant, à Christo & Apostolis resurrectionem mortuo-  
rum discere non potuerint.

pag. 181.

XXVI. Manet igitur certissimum, mysterium de  
resurrectione carnis non tantum in Novo Testamento,  
sed etiam in Veteri fuisse manifestatum & creditum;  
licet sicut omnia alia mysteria, ita & hoc, multò clariùs  
& dilucidius in Novo Testamento pandatur quàm in  
Vete-



Veteri, utpote in quo inter alia utriusque foederis consistat differentia.

XXVII. Hisce igitur scopulis superatis ad accuratorem mysterij de resurrectione accedimus tractationem, cujus causa efficiens est Dei omnipotentia, de qua Esaias cap. xxv. 8. *Absorbebit Deus mortem in aeternum. Ego aperiam tumulos vestros*, inquit Dominus Ezech. xxxvii. 12. *Ego Dominus à morte redimam eos*, Hof. xiii. 14. Hinc Paulus: *Deus vivificat mortuos*, Rom. iv. 17. *Deus suscitavit mortuos*, II. Cor. i. 9. Secundum communem autem Theologorum regulam: *Opera Trinitatis ad extra, sunt indivisa*, opus resurrectionis mortuorum cuique etiam sanctae Trinitatis personae specialiter tribuitur, Patri, I. Cor. vi. 14. *Deus & Dominum suscitavit & nos suscitabit per virtutem suam*. II. Corinth. iv. 13. *Qui suscitavit Iesum, idem & nos per Iesum suscitabit*. I. Thess. iv. 14. *Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo*. Filio; is enim est  $\lambda\lambda\lambda$  sive redemptor ille in quo solo Iobus confidit & omnem fiduciam collocat, qui nos pretio à morte redemit. *Est resurrectio & vita*, ut ipse docet Ioh. xi. 25. & cap. v. 28. *Venit hora*, inquit, *in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij hominis, v. 29. & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij*. Et hanc vivificandi vim Filius secundum divinam naturam possidet, sed ita ut eam per humanam naturam exercent, quod ipse nos docet Ioh. v. 27. *Pater dedit potestatem faciendi iudicium Filio, quia Filius hominis est*. Adde v. 28. & 29. jam allegatos. Sicut igitur in humana natura iudicium universale faciet, quod resurrectionem mortuorum statim sequetur, ita & in humanam naturam & per eam mortuos resuscitabit. Hinc Paulus I. Cor. xv. 21. *Per hominem mors, & per hominem re-*



surrectio mortuorum v. 22. Sicut in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur, & Rom: xiv. 9. dicit, Christum esse Dominum vivorum ac mortuorum. Spiritui Sancto etiam illa potestas adscribitur Ezech. xxxvii. 14. Dabo Spiritum meum in vos & vivetis, & Rom. viii. 11. Si Spiritus ejus qui excitavit Iesum à mortuis, habitat in vobis, is qui excitavit Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, per ipsius Spiritum inhabitantem in vobis. Quare & in Symbolo Nicano vocatur, Dominus & vivificans.

XXIIX. Materia resurrectionis five subiectum quo, non sunt animæ, ut quidam hæretici docuerunt, quorum mentionem facit Epiphanius in Ancorato, num. lxxxvii. ubi ait: τινὰς τῶν αἰρετικῶν λέγειν, ὅτι σώματος ἀλλὰ ψυχῆς ἀνάστασιν εἶναι, hæreticorum nonnullos dicere, non corporum sed animarum resurrectionem fore. Contra quos etiam disputat hæc. lxxiv. Originistarum num. 36. & 37; nam non animæ ceciderunt & mortuæ sunt sed corpora, ideo etiã illæ non possunt dici resurgere. Resurgere autem id dicitur quod cecidit cum prius steterisset. Unde, & rectè Ioannes Damascenus lib. iv. Orthod. Fid. c. xxviii. ἀνάστασιν describit, δευτέραν τῆ πεπτωκότος εἴσιν, eius quod cecidit iteratam stationem. Et S. Epiphanius in Ancorato num. cit. hæreticis his respondet: Ἐὰν ἀνάστασιν εἴπωσιν αἱ αἰρέσεις, καὶ ὅλως ἀνάστασιν ἡγῶνται, ὡς ψυχῶν ἢ τῶ το ἐρίζονται, εὐηθὲς εἶσι τὸ τοῖστων πῶς γὰρ ψυχὴ ἀναστήσεται, μὴ πεπτωκυῖα; οὐ γὰρ θάπτομεν τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς μνημείοις, ἀλλὰ τὰ σώματα. ψυχὰς γὰρ ἔπιπυσιν, ἀλλ' αἱ σάρκες ὡς καὶ ἡ συνήθεια εἶωθε καλῶν τὰ νεκρὰ σώματα, πῶματα. Τοίνυν εἰ ἀνάστασις παρ' αὐτοῖς ὁμολογῆται, παντὶ τῷ δήλῳ ἐστίν, ὅτι ψυχῆς ἀλλὰ σώματος πεπτωκότος: Quod resurrectionem hæreses ille ut nunque fatentur, ac futuram existiment, sed eam solas ad animas



mas referunt; fingi nihil potest ineptius. Qui enim resurgere poterit anima quæ nunquam ceciderit? Non enim animas in sepulchra, sed corpora deponimus. Anima quippe non cadunt, sed carnes. Unde & mortuorum corpora vulgò cadavera nominantur. Quamobrem sequa apud illos est resurrectionis fides, nemini dubium est, quin ad corpus, quod cecidit, non ad animam ipsam pertinere debeat. & γὰρ ἐστὶν τῆς ἀνίστηναι, ἀλλὰ τὸν κείμενον: non enim stantem quis erigit sed iacentem, ait Methodius apud Epiphanium hæresi LXIV.

XXIX. Corpora igitur & non animæ resurrectionis sunt subjectum, & quidem non alia sed eadem illa quæ ceciderunt: si enim his alia substituerentur non esset propriè dicenda resurrectio, sed quædam potius μεταμύχωσι; & contradictionem implicaret resurrectionem carnis asserere, & tamen ejusdem numero carnis restitutionem velle negare. αὐτὸ ἐν τῷ σῶμα, τὸ φθειρόμενον καὶ ἀγλόμενον, αὐτὸ ἀναστήσεται ἀφθαρτον, ait Damascenus lib. IV. O. F. cap. XXVIII. Idem itaque corpus quod corrumpitur & dissolvitur, idem resurget incorruptibile. Et Gennadius Massiliensis Presbyter libro de ecclesiasticis dogmatibus cap. VI. Si id resurgere dicitur, quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurgit sicut in veritate cadit. Et non secundum Origenem immutatio corporum erit, id est, aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro corruptibilis qua cadit tam iustorum, quam iniustorum incorruptibilis resurget, quæ vel pœnam sufferre possit pro peccatis, vel in gloria æterna manere pro meritis.

XXX. Hæc etiam fuit firma illa fides Iobi, quæ corpus suum ulcerosum & putrescens inspiciens, se consolatur & erigit: Postquam cutis mea, inquit, destruxerint hoc, ulcera & fanies & post mortem vermes, etiam ex carne mea videbo Deum, quem ego videbo mihi, & oculi mei videbunt



debunt, & non alius. Quam fidem quoq; alibi sacrae incu-  
cant litera, quando docent, *Dominum custodire omnia  
ossa piorum, ne unum ex illis pereat*, Psalm. xxxiv, 21. &  
*haec ossa quasi herba germinatura* Esaia lxxvi, 13. qua ideo  
etiam Dominus alloquitur Ezech. xxxvii, 4. Quae sane  
divina providentia de ossibus mortuorum foret frustra-  
nea si eorum nullus aliquando foret usus & carne sua  
nunquam tegerentur, sed loco eorum alia crearen-  
tur hominum ossa post resurrectionem. Vnde etiam  
illi qui aliquando resurgent, dicuntur *esse in monumen-  
tis* Ioh. v, 28. *habitare in pulvere* Es. xxvi, 19. *dormire in  
pulvere terra*, Dan. xlii, 2. in quem propter peccatum  
redacti, & ex quo resuscitabuntur. Hinc Athana-  
sius in Symbolo: *Omnes homines resurgent cum corporibus  
suis*. Et ne in hac fide errarent Catechumeni, qui prima  
Christianae religionis rudimenta docebantur, sed de car-  
nis suae resurrectione crederent, in aliquibus ecclesiis  
in recitatione confessionis suae, quando se resurrectio-  
nem carnis credere profitebantur, crucem fronti appli-  
cabant, ad fidei suae certitudinem indicandam, quem  
morem indicat Ruffinus Aquilegensis Presbyter ex-  
positione in Symbolum: *Satis cautâ, inquit, & providâ  
adfectione fidem Symboli Ecclesia nostra docet, quae in eo quod  
à ceteris traditur, carnis resurrectionem, uno addito pronome  
trahit, HVIVS carnis resurrectionem: HVIVS sine  
dubio, quam is qui profitetur, signaculo crucis fronti imposto  
contingit.*

XXXI. Nec aliter etiam convenit divinae Iustitiae,  
quam ut eadem corpora quae in hac vita vel praemio vel  
poena digna fecerunt vitae suae justam mercedem repor-  
tent, ut corpus illud quod Christo per baptismum inser-  
tum, ipsi compassum est & stigmata ejus portavit, praemio  
quod



beata vitæ donetur & gloriâ coronetur; & contra illud  
quod peccatis se à Christo segregavit, cupiditatibus suis  
indulgit & Salvatoris sui passionibus contempsit, & sangui-  
nem ejus pedibus conculcavit, meritâ poenâ afficiatur.  
Quod si verò aliis corporibus tribuerentur ea quæ alia  
meruerant, fieret ut indigna donentur præmijs, & puni-  
antur ea quæ nihil tale erant promerita; id quod contra  
S. Apostoli effatum est 11. Cor. v, 10. *Omnes nos mani-  
festari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq;  
retributâ sibi sicut erat. propria corporis, iuxta id quod fecit sive  
bonum sive malum.* prout etiam S. Iohannes vidit terram  
& mare dare mortuos suos, ut iudicarentur. Apoc. xx, 13.

XXXII. Quod si etiam exempla eorum qui à mor-  
tuis resurrexerunt, consideremus, eos non alio sed pro-  
prio corpore, quod antea animæ domicilium fuerat, re-  
surrexisse videmus. Omnium clarissimum est resurre-  
ctio Christi, resurrectionis nostræ causa & exemplar. Is  
certè cum suo illo corpore resurrexit, in quo antea vixe-  
rat, in quo passus & mortuus fuerat, prout ipse Iudæis  
prædixerat: Ioh. 11, 19. *Solvite templum hoc, (est Imperati-  
vus pro futuro per Ebraismum, cujus plura exempla vide  
apud Salom. Glassium Philol. sacr. lib. III. tract. 11. can.  
xlii. & sensus, Solvetis corpus ab anima cujus est ha-  
bitaculum ac templum) & in tribus diebus suscitabo illud.* pag. 339.  
Dominum enim de templo corporis sui locutum, docet  
Evangelista v. 21. In cujus rei fidem etiam cicatrices  
vulnerum è sepulchro retulit & discipulis suis ostendit,  
dicens: *Adspicite manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum;  
contrectate me & adspicite.* Luc. xxiv, 39. Lazarus quoq;  
à Christo resuscitatus, resurgens erat iam quatrduanus &  
putrescere inceperat; & tamen corpore suo, quod per  
mortem destructum & linteis involutum erat, pristino  
E vigore



vigore restituto, surrexit. Iohan. x 1, 39, & seq.  
XXXIII. Caterum magnum hoc religionis Christianæ  
mysteriū variis erroribus & hæresibus semper fuit in-  
festatum: ἀντιλέγουσιν ἑλληνας, ἀπὸ τῶν Σαμαρείται, Ἐσθὲν αὐ-  
ρετινῶν, ut ait Cyrillus Hierosolymitanus Catech. xlii. circa  
init. *Contraducunt Græci, non credunt Samaritæ, elevam hære-  
tici*: resurrectionem enim non tantū gentiles extra eccle-  
siam & apud Iudæos Sadducæi, (quos in omnibus fere  
secuti Samaritani, unde factum ut multi hos cum illis  
confundant;) sed etiam in ipsâ ecclesiâ Christianâ mul-  
ti varijs modis oppugnarunt. Hymenæus & Philerus  
dixerunt *resurrectionem iam factam esse* 11. Tim. 11, 18.  
propriam negantes, & figuratam solū, quæ in poeni-  
tentia & conversione ad Deum consistit, concedentes.  
In Corinthiacâ quoque ecclesiâ jam tempore Pauli in-  
venti, qui dicerent, *quod non sit futura mortuorum resur-  
rectio*, contra quos agit 1 Cor. xv, 12. Hos alii magno  
numero secuti sunt, ita ut in primitivâ ecclesiâ vix in-  
veniantur hæretici, qui non in hunc articulum fidei,  
tanquam offensionis lapidem, impeerint, ut sunt Simo-  
niani, Saturniniani, Basilidiani, Carpocratiani, Gno-  
stici, Valentiniiani, Ophitæ, Cajani, Sethiani, Archontici,  
Cerdoniani, Marcionitæ, Luciani, Apellis & Severi dis-  
cipuli, Origeniani, Seleuciani vel Hermiani, Mani-  
chæi, Hierachitæ & cæteri, quorum catalogorum texe-  
re longum foret, & legi potest apud Irenæum adversus  
hæreses, Tertullianum de Præscriptionibus, Epiphanium  
Panario & Ancorato, Augustinū, Philastrium Brixiansem,  
& Ioan. Damascenum de hæresibus, Theodoretum de  
hæreticis fabulis, Harmenopulum de sectis & alios.

XXXIV. Fuerunt etiam qui non expressè quidem  
resurrectionem corporum, tamē resurrectionem carnis,  
nega-



negarent, ut bene observat Hieronymus ep. lxi. ad Pammach. cap. ix. dicebant enim resurrectura quidem corpora, non verò eadem numero quæ in hoc seculo vixerunt, sed alia, nova, aërea & spiritualia, carne & ossibus, ex quibus hæc constant, carentia. Cujus sententiæ Origenem faciunt autorem Epiphanius hæ. lxiv, Hieron. epist. lxi. ad Pammach. & Damascenus de hæresib. quem tamen excusat & huius culpæ affinem negat Rufinus præfat. in Apolog. Pamphili Martyris pro Origene; & ut plures omittam, videri etiam potest pro eodem Sixtus Senensis Bibliothecæ lib. v. annotat. 148. In hoc errore etiam versatum Arnobium putat Elmenhorstius, quando contra gentes lib. ii. ita scripsit: *Aude-  
tis ridere nos, quod mortuorum dicamus resurrectionem futu-  
ram? quam quidem nos dicere confitemur, sed à vobis aliter,  
quam sentiamus, audiri. Quid in Politico idem Plato? nonne  
cum mundus occiperit ab occiduis partibus exoriri, & in cardi-  
nem vergere, qui orientis est solis, rursus erupturos homines tel-  
luris è gremio scribit, senes, canos, decrepitos, & cum anni cæ-  
perint accedere longiores, per eosdem gradus, quibus hodie cresci-  
tur, ad incunabula infantia desizuros?* Sed huc illa ex Plato-  
ne sine dubio non adferuntur. Magis autem aperte hunc  
errorem propugnarunt Proclus apud Epiphanium hæ-  
res. lxiv. Ioannes Hierosolymitanus ap. Hieron. epist.  
lxi. Eutychius Constantinopolitanus episcopus, qui ta-  
men sub vitæ finem eam deseruit, teste Gregorio M. lib.  
xiv. moralium in Iobum cap. xxix.

XXXV. Hanc hæresin à paucis probatam & cum  
autoribus assertoribus suis sopitam, avorum memoriâ  
& in ecclesiâ reducere conati sunt Anabaptistæ, Svvenc-  
feldiani, VVeigeliani & Photiniani, qui omnes unani-  
miter docent & affirmant, corpora, quæ in hac vita ce-  
cidere



cidere & per mortem destructa sunt, nunquam resurre-  
ctura nec resurgere etiam posse, sed eorum loco anima-  
bus nova & alia corpora, eaque non carnea, qualia hæc  
nostra, sed aërea, & spiritualia copulatum iri. Et  
ne ab Origenianorum ac Ioannis Hierosolymitani sen-  
tentia quicquã recedere videantur, eadem utuntur distin-  
ctione, aliam asserentes esse resurrectionem carnis, aliam  
corporis, & hanc futuram, illam vero nec futurã nec esse  
possibilem. Vnde Christoph. Ostorodus Institutionum  
caput XLII. hæc. concludit verbis: *Se non quidem credere  
resurrectionem carnis, si x̄p̄i p̄tr̄õv intelligatur; interim tamen  
resurrectionem corporum ac proinde resurrectionem mortuo-  
rum credere.* Verbis autem hæc paulo præcedentibus

pag. 394. ita loquitur: *Quod attinet verba Symboli de resurrectione  
carnis, sciendum, quod non possit esse tanta autoritatis, ut  
contra Scripturæ testimonia ipsis credi debeat, quia nondum  
demonstratum est ab Apostolis illud esse compositum. (ut nihil  
dicamus de eo, quod quidam statunt ea quæ de fide in Spiritum  
sanctum usque ad finem habentur, non esse partem symboli genu-  
inam, sed posterioribus demum temporibus additam,) quamvis  
videantur verba de resurrectione carnis probe consistere posse,  
modo rectè intelligantur, ut sit sensus, illud quod fuit caro esse  
resurrecturum, non autem quod caro ipsa sit resurrectura, sicut  
Christus Matth. XXI, 31. dicit, publicanos ac meretrices præ-  
cessuras esse Phariseos in regno cælorum, hoc est, qui fuerunt  
publicani & meretrices sed tales esse desiderant. 1. Cor. VI, 9.  
Quomodo etiam verba Symboli Apostolici pervertit &  
infringere conatur Valentinus Smalcius in examine cen-  
tum errorum a Smiglecio obsectorum: *Verba Symboli;  
credo resurrectionem carnis ita intelligi possunt. Credo id  
iterum futuram, quod olim caro fuit. Nam sic legimus, quod  
Deus resuscitaturus sit corpora nostra mortalia, Rom. VIII, 11.*  
pro*

p. 57.



pro eo, quod nos, qui nunc sumus mortales, resuscitaturus sit. Resurgent enim ii, qui antea mortui sunt, non mortales sed incorruptibiles. Clare autem scribit: Corpora hæc quæ nunc p. 36. circumferimus, resurrectura non credimus, sed alia nobis danda esse ab Apostolo edocti sumus. Et magis apertè in examine erroris cxxi. Non potest Smiglecius excutere veterum illum p. 33. quo somniat, immortalia corpora in illo beato seculo futura et alia, quæ ex carne, sanguine & ossibus constant, quo vix aliquid absurdius & Christi religione indignius cogitari potest. Alii communiter sententiã suã tricis involvunt, ut quid sibi velint, vix intelligere quis possit, & adhibent phrasès in speciem orthodoxas, quo simplicioribus fucum facere & eò melius imponere possint.

XXXVI. Sicut autem in plerisque omnibus, ita nec in hoc à Photinianis recedere videntur Arminiani, dum statunt, quæstionem de corporum mortuorum identicã resurrectione curiosam magis esse quàm utilem, & in hac vitã decidi non posse. Verba apologiæ pro Confessione Remonstrantium cap. xix. sunt hæc: Quod fol. 217. attinet quæstionem: An eadem corpora sanctorum intelligantur à Remonstrantibus, an alia corpora à Deo creanda, eam cum Calvino inter curiosas potius quæstiones, quam inter utiles ponendam esse censent. Vide epist. Calvini ciii. quam Lelio Socino inscripsit. Rationes pro utraq; parte probabiles sunt, nec fieri potest, ut solidè hæc decidatur, quamdiu certò non constat, an hoc corpus pars essentialis hominis, an verò instrumentum tantum sit animæ humanæ, quatenus in hac vitã eius ministerio indiget, ad se in eo sustentandum, & quod in futurã vitã planè necessarium non erit. Litẽm hanc decidet aliquando Deus in futuro seculo, ubi tũ demum intelligemus & sentiemus, eodem an novo corpore nos donaverit Omnipotens.

XXXVII. Verum apertè sibi contradicunt, qui con-



cedunt, dari resurrectionem mortuorum, & tamen negant cum animis eadem numero corpora quæ ab iis separata in resurrectione copulatum iri. Nam si alia erunt corpora, non resurrectio erit dicenda, sed substitutio, vel alia creatio corporum. Resurrectio enim proprie dicta est ejus quod ceciderat iterata statio & erectio, unde & corpora defunctorum à cadendo dicuntur cadavera, Græcis *νεκρώματα*. Iam corpora illa nova, coelestia, carnis expertia & externam saltem speciem servantia cecidisse vel destructa esse dici non possunt, quia antè non existerunt. Ergo & de talibus novis corporibus dici non potest, quod sint resurrectura.

XXXIIX. Quam consequentiam, suis hypothesibus convenientem, perspiciens Ioan. Sommerus Photinianus, maluit resurrectionem planè negare, quam veritatem, sensuum & rationis scrutinium excedentem, amplecti, licet ob hunc suum candorem, quo sociorum suorum mysteria divulgavit, ab illis reprehendatur: de eo Faustus Socinus epist. 111. ad Matthæum Radecium ita scribit: *De Sommero vehementer sum miratus, quæ mihi rescribis; quasi ego, suspicione aliquâ ductus, dixerim, illum mortuorum resurrectionem negasse, & non aperte, nisi memoria me fallit, professus fuerim, me ex ipso Francisco Davidis, cui Sommerus, dum vixit, carissimus & familiarissimus erat, quem Franciscus eiusq; memoriam & suspiciebat, & maxime colebat, id accepisse. Addebat autem Franciscus, se Sommerum acerrimè eius rei nomine sæpius obiurgasse, utq; aliquando respisceret, monuisse. Hecq; dum Claudiopoli apud ipsum habitavi, non semel, sed frequenter mihi commemoravit.* Vide & de eodem Ioach. Stegmannum contra Ioan. Botsaccum pag. 406.

XXXIX. Hæresi autem suæ firmandæ supponunt verba Christi, quibus Sadducæis contra resurrectionem disputant.



disputantibus respondet, Matth. xxix, 30. *In resurrectione neq. uxores ducunt, neq. nuptum dantur, sed sunt, ut angeli & Jes. ut angeli Dei in celo.* Hinc inferunt; sicut angeli sunt spiritus, carne & ossibus carentes: ita & homines, qui angelis erunt similes, partibus hisce, corpus hominis in hac vita constituentibus, non constabunt. Sed minus attendunt ad scopum responsionis Christi, qui non de substantia corporis resurgentis, sed de qualitatibus eidem datis & concessis, loquitur, inter quas etiam erit illa à matrimonio immunitas, quæ ipsi cum angelis erit communis. Particula enim *ut* tantum proprietatum quandam similitudinem, non verò substantiæ identitatem designat; aliàs Dominus particulam hanc sine dubio omisisset, quæ prædicatum restringit ad certum aliquem respectum, & quidem talem, qualis ille de quo sermo erat, qui non ad constitutionem essentiæ & substantiæ hominis facit, sed ad conservationem speciei.

XL. Præcipua verò & palmaria sunt illa quæ ex verbis 1. Cor. xv, desumunt, quæq; ab Origenianis, Iohanne Hierosolymitano & omnibus qui huic opinioni addicti fuere, urgeri solita. Quorum accuratius examen ac à corruptelis vindicationem dedit Dn. D. Georg. Calixtus lib. de immortalitate animæ cap. ix. num. 26. & seqq. Postquam enim Apostolus resurrectionis veritatem contra Corinthios quosdam, qui eam inficiabantur, v. 12. probasset, in gratiam fidelium pergit etiam de qualitatibus horum corporum, non quidem in genere omnium, sed tantum fidelium & piorum agere, & docet quænam corporibus illorum in resurrectione obventura sint, & qualis eorum futurus sit status. Et hanc esse Apostoli mentem, ipse docet v. 35. *At dicet aliquis: Quomodo susci-  
tantur mortui? Quali autem corpore veniunt?* ut quia ad pri-  
orem



orem quaestionem jam ante responderat & probarat, re-  
surrectionem certò futuram; alteram, quali sc. corpore  
fideles resurrecturi sint, in sequentibus sibi probandam  
sumit. Vnde malè Sociniani verba Apostoli, quibus de  
resuscitatorum corporum qualitatibus & dotibus agit,  
de substantia illorum accipienda esse urgent. *Εἰ γὰρ ἄλλο  
ἦν τὸ ἐγείρομενον*, verba sunt Epiphanii in Ancorato num.  
XCII. *κατὰ τὴν τινὲς Φάσμασιν, ὅσα ἂν ὁ Ἀπόστολος διεβραβεύτο, λέ-  
γων· ὅτι γὰρ τὸ φανερόν ἐστι ἐνδύσασθαι ἀφ' ἡρώων. ἐπεὶ δὲ κατὰ  
τὴν δόξαν τῶν ἁγίων, ὡς μέντοι φαίνεται καὶ ἀκριβῶς ἐν δόξῃ  
μετὰ τὴν ἀνάστασιν, κατὰ τὴν λέγει· ἐγείρεται ἐν δόξῃ, ἐδραιωθήσεται  
ἡμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι. φησὶν ἡ ἁγία γραφή· ἄφρων, σὺ ὁ ἀσείρετος ἐ-  
ζωογονεῖται, εἰὰν μὴ ἐπιθάνῃ· καὶ ὅσα αὐτὸ τὸ ἡρησιόμορον σῶμα  
ἀσείρετος, ἀλλ' εἰ τύχη, κόκκον σίτου, ἢ τῶν ἄλλων σπέρματων· καὶ  
ὁ θεὸς δίδωσιν αὐτῷ τὸ σῶμα ὡς ἠθέλησε. Ἔστι εἰς δόξαν τῶν ἐγείρο-  
μένων ἐν φανερῷ ἔπειν. Si aliud esset quod resurgit corpus,  
ut nonnullis placet, nunquam istud affirmaret Apostolus. Opor-  
tet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. De sancto-  
rum vero gloria quemadmodum splendidiore fieri, ac post resur-  
rectionem in gloria, commutari debent, pro eo ac dicit; resurget  
in gloria: quandoquidem in eâ spe confirmari nos oportet, scri-  
ptura sic loquitur: stulte tu quod feminas non vivisces, nisi mor-  
tuum sit, & non idem quod generandum est corpus feminas, sed,  
si forte, tritici granum, vel alterius seminis: Deus verò dat illi  
corpus prout vult. Hoc ipsum ad eorum representandam glo-  
riam, qui cum illo splendore ac luce resurrecturi sunt, iniecit.*

XLI. Quando igitur Apostolus dicit v. 50. *Caro & san-  
guis non possunt regni Dei hereditatem consequi, neque cor-  
ruptio hereditatem incorruptibilitatis consequetur*, corpori-  
bus resuscitatis essentialès corporis humani partes, car-  
nem & sanguinem, non denegat; sed exprimit magis,  
quid per corpus animale v. 44. & hominem terrenum v. 47.



48. intelligat, infirmitates nempe illas, tam spirituales, ex peccato ortas, pronitatem ad peccandum, aversionem à Deo & similes, quas nascendo contrahimus, quam naturales quæ homini hanc mortalem vitam viventi inhaerent, quales sunt indigentia cibi & potus, lassitudo, morbi & mors ipsa, quas omnes à corporibus in alterâ vitâ constitutis removet, & illas homini in statu glorioso non adhaeruras dicit; sed sicut spiritus ab iis sunt immunes nec illis subjecti, ita & corpora gloriosa ab iis immunia futura, & spirituales has qualitates possessura sunt, propter quas proprietates cum spiritibus similia futura sint ideo & *Spiritualia* vocat, v. 44, 46. *Fa-remur* igitur cum Gregorio Magno exposit. moralium in Job. lib. xiv, c. xxx. *carnem nostram post resurrectionem futuram eandem & diversam: eandem per naturam, diversam per gloriam. Eandem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque spiritualis, quia incorruptibilis; erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturæ.*

XLII. Ex hisce etiam satis patet, quid respondendum sit ad verba illa à quibusdam adduci solita ex I. Cor. vi, 13. *Esca ventri & venter escæ; Deus autem & hunc & illas destruet, sive abolebit.* Quia enim, ut diximus, nullus in altera vita erit cibi & potus usus, ventris quoque, cibos concoquentis, nulla erit amplius necessitas; undecum ciborum usu etiam ventris munia desinent. Non enim Apostolus hic de ventre quatenus est pars integrans & totum corporis humani conficiens, loquitur, eatenus enim etiam in alterâ vitâ cum reliquis corporis membris restituetur, sed de usu tantum ejus agit, qui homini in hac vita ad ciborum concoctionem maximè necessarius est, eumque post resurrectionem destructum iri asserit.

F

XLIII.



XLIII. Nullius præterea momenti est illa Remon-  
frantium instantia, quâ dubitant, an corpus essentia-  
lis pars hominis, an verò animæ humanæ tantum sit  
instrumentum. Est enim corpus quidem organon  
& instrumentum, per quod anima in hac vitâ actiones  
suas exerit & præstat, quo instrumento seposito integra  
ejus essentia manet & in operationibus suis nullum im-  
pedimentum capit: quando enim anima per mortem à  
corpore suo separata est, non amittit facultates suas,  
sed intelligit, & recordatur omnium antè actorum,  
perfectiori etiam modo, quam corpori unita, ut patet  
ex historia divitis Luc. xvi. Sed licet per naturalis vin-  
culi cum corpore solutionem animæ essentiæ nihil de-  
cedat, non tamen inde sequitur, essentiam hominis in so-  
lâ animâ consistere & animam perfectum hominem esse,  
etiam extra corpus constitutam; cum genus, sub quo  
homo, tanquam species, continetur, non sit spiritus,  
sed animal: animalis autem essentiam non sola anima,  
neque solum corpus, sed & corpus & anima conjunctim  
constituunt & perficiunt. Sed hæc de *subiecto* quo di-  
cta sint.

XLIV. *Subiectum* resurrectionis *Quod*, sunt omnes  
in universum homines, qui ex hac vita erepti & per mor-  
tem destructi fuerunt. Illi enim quos dies extremus vi-  
vos deprehendet *in ictu oculi immutabuntur*, 1. Cor. xv,  
§ 1, 52. quæ immutatio ipsis instar mortis & resurrectio-  
nis erit: propriè autè resurgere dici non possunt. Qua de  
re Gennadius de eccl. dogm. c. vii. ita scribit: *Omnium homi-  
num erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur  
ut mors ab Adam ducta omnibus filiis eius dominetur, & ma-  
neat illud privilegium in Domino, quod de eo specialiter dicitur:  
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hanc rationem  
maximâ*



maximâ Patrum turbâ tradente suscepimus. Verùm quia sunt  
& alij a què catholici & eruditi viri, qui credunt, animâ in cor-  
pore manente, immutandos ad incorruptionem & immortalita-  
tem eos qui in adventu Domini vivi inveniendi sunt, & hoc eis re-  
putari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatem presen-  
tis vitæ immutatione deponant, non morte, quolibet quis ac-  
quiescat modo, non est hereticus, nisi ex contentione hereticus  
fiat: sufficit enim in ecclesiæ lege, carnis resurrectionem cre-  
dere futuram de morte.

XLV. Mortuos autem omnes tam improenitentes, in-  
credulos ac impios, quam fideles & pios esse resurrectu-  
ros, ac resurrectionem fore universalem & omnibus de-  
functis hominibus communem, toties sacræ nos docent  
literæ, quoties affirmant & pios & impios ad tribunal  
Christi listendos esse. Venit hora in quâ omnes qui in mo-  
numentis sunt, audient vocem filij hominis, & procedent, qui  
bene egerint in resurrectionem vitæ, qui vero mala patraverint  
in resurrectionem judicij, ait Salvator Ioh. v. 29, 30. Multi qui  
dormiunt in pulvere terræ evigilabunt; alij in vitâ æternam, alij  
ad probra & contemptum æternum, Dan. xii, 2. Omnes enim nos  
manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq;  
quæ in corpore fecit, sive bonum sive malû. 2. Cor. v, 10. Et tum  
quidem ἡ δόξῃς ἐξ ἁερων μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτῶν στρατῶν  
τῶν θεοῦ κρησθαῖ, ὅτε καὶ τὰ σώματα ἀνερερεῖ πάντων τῶν  
γενοιδῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν μὲν ἀξίων, ἐνδύσει ἀφθαρσίαν τῶν  
δ' ἀδικῶν, ἐν αἰδήσει αἰωνία μετὰ τῶν Φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώ-  
νιον πῦρ πέμψει, ἐ καὶς cum gloriâ & angelicâ militiâ suâ adve-  
niet aderitq;, sicuti prædictum est: cum omnium etiam qui un-  
quam exstitere mortaliū corpora excitabit; atq; dignos quidem  
in perpetuo sensu, unâ cum malis genis in ignem mittet sempi-  
ternum, ut ait Iustinus Martyr Apolog. i i. (vel juxta Eu-



sebam hist eccles. lib. i. i, cap. xii. Apologia i. pro Christianis. Resurgent igitur cum piitum impii & in iudicio comparebunt, secus quam Origenes docuit, τὰς ἀσεβῆς οὐκ ἔσονται ἀναστῆναι, *impios non compotes futuros resurrectionis*, teste Epiphani. hæres. lxxiv. num. 67.

XLVI. *Iudæos* etiam tempore Pauli, quamvis in Christum non credentes neque doctrinam ejus amplectentes, resurrectionem universalem tam impiorum quam piorum, credidisse atque indubitatum habuisse, patet ex Actor. xxiv: cum enim Paulus coram Felice accusaretur, quod esset seditiosus & pestis, templum quoque perverſam doctrinam profanaret, respondet ver. 15. *Confiteor hoc tibi, quod iuxta viam, quam vocant heresim, sic colo patrum Deum, credens omnibus, quæ in lege & Prophetis scripta sunt, spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum & iniustorum.*

XLVII. Recentiores verò Iudæi huic majorum fidei contradicunt eamque impugnant, dum impiorum resurrectionem negant, licet non omnes inter se conspirent & eodem modo sententiam proponant, alij enim omnes omninò impios tum gentiles tum Iudæos à resurrectione excludunt, ut R. Schadia Gaon in Dan. xi i, R. David Kimchi in Pl. i. & cxv, & Es. cap. xxi. alij solos Israëlitas, exclusis gentibus, qui in morte permanent, resurrecturos statuunt, ut R. Bechai ap. Buxtorf. synag. Iud. c. i. alij certas denominant gentes & personas quas resurrectionis spe exclusas putant, ut generationem diluvii, R. Elieser in Pirque Avoth & Breschit Rabba, Israëlitas item qui in deserto perierunt & qui cum Korah vivi ad infernum detrusi, in Sanhedrin; eos qui non credunt resurrectionem mortuorum, qui negant legem esse divinam, & Epicuræos, in Perek Cheieck, Billeham,



ham, Doeg, Achitophel & Gehazi ap. Menasseh ben Israel lib. II. de resurrect. mort. cap. IX. qui se veram simulat amplecti sententiam, cum tamen ipsi sibi contradicat & nebulis mentem involvat: citati enim libri cap. IX. affirmat non minus improbos quam probos esse resurrecturos, quod duplici probat argumento, altero ex resurrectionis sine desumpto, qui est, ut corpus animæ conjunctum præmio aut pœnâ factorum afficiatur; altero ex Daniel. XI. 2. ubi per *multos* illos non posse solos justos intelligi ait, qui pauci sint; sed etiam malos & impios: quod & verba docent sequentia, quæ alios ex his multis in opprobrium suscitatum iri affirmant. Interim tamen concludit: (quam & mentem ac opinionem omnium antiquorum fuisse dicit,) *resurrectionem mortuorum non fore generalem* (universalem enim eam fore dixerat cap. II. non quidem ratione subjecti sed loci, quod nempe futura sit in omnibus mundi partibus,) *ac communem omnibus hominibus; uti etiam ex loco Danielis constat, multi ex dormientibus in pulvere terræ expergiscuntur.* Nota quod dicat multos non verò omnes. Interea tamen inter multos illos, erunt cuiusvis sortis & conditionis homines, probi, improbi & intermedii. Probi ad suum commodum & bonum, ut recipiant præmium virtutis: improbi ad incommodum & malum suum, ut corpora atq; anima simul puniantur ac miserè crucientur. Intermedii quorum merita ac demerita paria sunt, expergiscuntur suo bono: nam aliquamdiu quidem punientur: sed postea pari atq; immaculati facti, recipientur in ordinem bonorum, ut cum illis pari felicitate fruantur. Eodem modo etiam de gentibus scribit cap. IX: solos nempe piosive profelytos esse resurrecturos; postea autem addit, etiam malos & improbos resurrecturos, ut crucientur ac puniantur, & huc quoque locum Danielis allegat.

pag. 180.



XLIIIX. Malè autem Iudæi verba illa angeli apud  
Danielem intelligunt, quando *multi* pro aliquibus  
saltem ex omnibus accipiunt. Dormientes enim dicun-  
tur *multi*, vel absolutè & sine respectu ad alios, ut sit sen-  
sus: Omnes dormientes, qui sunt *multi*, evigilabunt, pro-  
ut etiam dicere possum: Omnes angeli, à Deo creati, sunt  
*multi*; vocem enim *multi* pro *omnibus* accipere S. scriptu-  
ræ non est infrequens, ut ita *multi* & *omnes* invicem com-  
meent & æquipolleant. Sic Abrahamo fit promissio  
quod sit futurus *pater multarum gentium*, Gen. xvii. 4. at  
cap. xxii, 18. dicitur, quod in ipsius semine *omnes gentes*  
*benedicentur*. Et Apostolus cum dixisset Rom. v, 15. *Vni-*  
*us delicto multi mori ui sunt*, vers. 18. interpretatur de omni-  
bus: *Per unius delictum*, (propagatum est malum,) *in o-*  
*mnes homines ad condemnationem*. Adde Psalm. xcvi, 1.  
*Dominus regnavit, exultet terra, latentur insule multa*. Et  
multos in angeli verbis significare omnes docet Servator  
ipse Ioh. v, 28. ubi hæc ipsa verba paululum immutata al-  
legat: *Veniet hora, qua omnes qui in monumentis sunt, audient*  
*vocem Filii hominis*. Vel etiam dormientes sunt *multi*,  
si referantur ad eos qui in novissimo die & vniuersali re-  
surrectione supererunt: quamvis enim & hi in specta-  
ti *multi* fuerint: in comparatione tamen multorum eo-  
rum, qui à condito mundo in extremum usque diem  
mortui sunt & dormiunt, erunt pauci, & horum vi-  
ventium respectu dormientes sive mortui erunt *multi*.

XLIX. Ambiguè etiam & obscurè de impiorum  
resurrectione loquuntur Sociniani, ita ut quamnam pro-  
pria illorum sententia sit, vix divinando quis assequi pos-  
sit, dum alij planè negant impios resurrecturos, alij eos  
quidem resurrecturos dicunt, verùm non in æternum  
victuros, sed cum damnatis spiritibus annihilatum iri.  
Et



Et Smalcius contra Franzium p. 414. fatetur, se & suos nunquam hanc rem aperte proposuisse. Aperte tamen magis eam proponit pag. 415. *impios futuros etiam immortales, nempe in aeternum opprobrium, nec usquam sacrae literae comprobant, nec quicquam ex illis afferri posse videtur, unde sententia illa probari possit.* Vnde etiam omnia earum dicta, quae de aeternis impiorum poenis agunt, pervertit & contrarium illis affingit sensum. *Solos pios, inquit pag. 409. victuros in aeternum, nonne est petitum ex penetrabilibus sacrarum literarum, quae sola vita promissione solantur fideles; iam si quis hinc colligat, impios aeternum non victuros, id non nostra sententia, sed sacris literis potius adscribendum esset. Cum porro de interitu vel iudicio demonum legitur, nonne delendos eos esse hinc iure colligi potest? Iam quomodo hoc futurum sit in eo unicuique, nostro quidem iudicio, licet suo sensu abundare, idem etiam de cruciatibus demonum & impiorum statuendum est, nos quid amplius & aliud hac de re statui debeat, nihil nunc dicimus.*

L. Ludit autem Smaltzius in termino *vita aeternae*, cum solos pios aeternum victuros dicit, non vero impios. Quando enim in scripturis solis piis vita aeterna promittitur, non sola duratio & prorogatio vitae in aeternitatem intelligitur, sed una omnis illa felicitas & gaudia huius vitae conjuncta comprehenduntur, quibus pii in illa fruuntur; & huius vitae spes impiis adimitur, quando dicitur eos non habituros vitam; interim tamen vivent vitam aeternam duraturam, quae quia infinitis cruciatibus & angoribus plena erit, mortis potius quam vitae in scripturis nomen sortita est, utpote praeter quam mille mortes expectandae essent. Et hanc miseram damnatorum vitam fore aeternam & sine fine, docemur per descriptiones cruciatuum illorum, quibus subicientur, quae vocantur  
*ignis*



ignis aternus, Matth. xxv, 41. 45. ignis inextinguibilis,  
Matth. iii, 12. vermis conscientia mordentis, qui non morietur,  
Marc. ix, 43. Quomodo autem impii aeterno igne & sup-  
plicio affici, & die ac nocte in secula seculorum Apoc. xx, 10.  
cruciari possint, si vita ipsorum in aeternum duratura  
non est? Nec poena & iudicium daemorum unquam de-  
scribitur per annihilationem & deletionem, sed per in-  
fernalis & aeterni ignis damnationem: eodem enim igne  
cruciabuntur & impij & diaboli. Vnde Dominus dicit  
impiis & damnatis, *Discedite a me maledicti in ignem aeter-  
num, qui paratus est Diabolo & angelis ejus.* Matth. xxv, 41.  
Ἀναστῆναι εἰν, verba sunt Cyrilli Hierosolymitani Catech.  
IV. πάντων ὄντων ἀνθρώπων. εἷς ὁμοία δὲ πᾶσιν ἡ ἀνάστασις· πάντες  
μὲν γὰρ αἰώνια λαμβάνουσι τὰ σώματα, ἀλλ' εἷς ὁμοία ἅπαντες. οἱ  
δίκαιοι μὲν γὰρ, ἵνα διακρινόμενοι ἀγγέλοις συγχορεύσωσιν. οἱ δὲ  
ἀμαρτωλοὶ, ἵνα εἰς αἰῶνα τῶν ἀμαρτημάτων ὑπομείνωσι τὴν βό-  
στανον. Resurgere igitur, omnium commune est hominum: ve-  
rùm non similis erit omnibus resurrectio. Nam omnes quidem a-  
terna sumimus corpora, sed non omnes similia. Iusti enim, ut in  
perpetuum cum angelis exultent: peccatores verò, ut sempiter-  
num peccatorum luant supplicium.

LI. Sed & abortivos foetus, qui vitam, quam non  
nisi in utero matris vixerunt & ibidem deposuerunt, re-  
surrecturos, nullum est dubium. Augustinus quidem  
quaestionis hujus decisionem quasi in medio relinquit,  
ita tamen ut ad affirmativam magis inclinaret, in enchirid.  
ad Laurentium cap. lxxxv. Occurrit, inquit, de abortivis  
foetibus quaestio, qui jam quidem nati sunt in uteris matrum,  
sed nondum ut aut jam possint renasci. Si enim resurrecturos eos  
dixerimus, de his qui iam formati sunt, tolerari potest utcum-  
que quod dicitur. Informes verò abortus quis non proclivius  
perire arbitretur, sicut semina quae concepta non fuerint? Sed  
quis



quis negare audeat et si affirmare non audeat, id acturam resurrectionem, ut quicquid formæ defuit, impleatur, atque ita non desit perfectio quæ accessura erat tempore: quemadmodum non erunt vitia quæ accesserunt tempore, ut in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur, neque in eo quod adversum atque contrarium attulerant, natura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur quod erat vitiatum. Et de civit. Dei lib. xxii. c. 3. Abortivos fœtus qui iam vixissent in utero, ibi sunt mortui, resurrecturos, ut affirmare ita negare non audeo: quamvis non videam, quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non excimuntur de numero mortuorum. Idem quoque affirmant Philippus Presbyter in Iob. lib. i, cap. iiii. & Beda exposit. in eundem lib. i, cap. iiii. & ante hos Tichonius, ut de eo testatur Gennadius Massiliensis lib. de viris illustribus his verbis: Tichonius Afer dicit non duas in carne resurrectiones futuras unam iustorum aliam iniustorum, sed unam & semel omnium, in quâ resurgent etiam abortivi deformati. Si enim unquam vixerunt & animam sunt adepti, utique homines fuerunt & per mortem esse deserunt; quare etiam in resurrectione cum corporibus suis, quæ in hac vita deseruerunt, iterum conjungentur: nullæ enim post resurrectionem erunt animæ corporibus solutæ, sed qualibet suis unientur, quæ in hac vita inhabitaverunt. De abortivis autem inanimatis alia res est, quæ quia in hac vitâ animâ caruerunt, non creabuntur novæ quibus uniti resurgent, sed cum reliquis rebus corporeis redigentur in nihilum. Et de his fortè loquitur Bonaventura & qui eum sequuntur Scholastici quando sentent. lib. iv. distinct. xlix. scribit: Abortivi fœtus non resurgent quoniam non vixerunt.



LII. Major autem oritur difficultas de ijs corporibus quæ vivicomburio in favillas & cineres redacta, vento dispersa sunt; vel quæ bestiis objecta, iis in cibum & alimentum cesserunt, quibus postea etiam homines sæpius victitarunt. Hæc enim corpora sine aliorum, quibus alimento fuerunt, destructione & interitu, restitui posse non videntur, præcipuè si exempla barbarorum adduntur, quibus in deliciis fuit carne humanâ vesci, prout *ἀνθρωποφαγία* illa hodiè adhuc apud illos in usu est, cujus exempla, ex profanis historiis ab aliis dudum collecta, in sacris etiam literis occurrunt. Ὅδῃ, inquit Athenagoras, lib. de Resurrectione mortuorum, καὶ μάστιγα παρέστην ἔδοξε πιναι καὶ τῶν ὀπίσθια θαυμαζομένων, ἰχυρὰς σῶμα αὐτῶν ὅπως ἠγεσθαι μένων τῶν ὡσθὲ τῶν πολλῶν φερομένης ἀπορήσεως. αἱ τοὶ δὲ γε φασὶν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ πλοῦμοις δυσθανάτων ἰχθύσι γρέουσι τροφῆν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνήσκοντων, ἢ κατ' ἄλλω πινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων πείρασιν, τριφῆς ἀμοιβάντων, τοῖς ποροτυγχάνουσι ζωῆς ποροκείσθαι βορρῆν. τῶν ἂν ἕτως ἀναλισκομένων σωμάτων καὶ τῶν ταῦτα συμπληρέντων μερῶν καὶ μερίων, εἰς πολὺ πλῆθος ζῶων μεταφωρημένων, καὶ ἀπὸ τῆς τροφῆς τοῖς τῶν φερομένων σώμασιν ἐνεμέων. Περὶ μὲν τῆν διάκρισιν τέτων φασὶν ἀδύνατον. Πρὸς δὲ τριτῇ καὶ δευτέρῃ ἀπορώτερον. τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκομένην ζῶων, ὅποσα πρὸς τροφῆν ἀνθρώποις ὀπιτήδεια, ἀπὸ τῆς τέτων γαστρὸς ἰόντων, καὶ τοῖς τῶν μετεληφότων σώμασιν ἐνεμέων, ἀμάγκω εἶναι πᾶσαι, τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὅποσα τροφῆ γέγονε τοῖς μετεληφόσι ζωῆς, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μετεχωρῆν σώματα, τῶν μεταξὺ τέτοις φερόμενων ζῶων, τῆν ἐξ ἂν ἐτέρα φασὶν τροφῆν ἀπορροδοῦντων εἰς ἐκείνης τῆς ἀνθρώπου ὡς ἐγγύτω τροφῆ. εἴτα τέτοις ὀπιτραγωδῆσι τὰς ἐν λιμοῖς καὶ μαύραις πολυμηθείαις πικροφροσύνης, καὶ τῆς κατ' ὀπιβαλλῶν ἐχθρῶν ἐπὶ τῶν ἠγνοημένων ἐδηδοσμένης παιδίας, καὶ τῆν Μηδικῶν τράπεζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικά



γὰρ ὁρίσθαι ἴσως, καὶ τοιαύτας δὴ τινὰ ὀπισωείρησι παρ' ἑλλησσι  
 καὶ βαρβάρους κληρονομήσας συμφορὰς. ὅτι τε τῶν κατασκευά-  
 ζων, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἔδωκαμένων τῶν  
 αὐτῶν μερῶν ἐτέρας τε καὶ ἐτέρας συναναστῆναι σώμασιν. Ἀλλ' ἦτοι τὰ  
 τῶν ποστέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι, μετεληλυθῶτων τῶν ταῦτα συμπλη-  
 ρύτων μερῶν ποστέρας, ἢ τῶν ἀποδοθέντων τοῖς ποστέροις, ἐνδεῶς  
 ἔξειν τὰ τῶν ὑστέρων. *Quæ Petrus Nannius ita verit: Et hac*  
*obiectio viros etiam eruditione admirabiles, visa est plurimum*  
*perurbare, qui vulgi (τῶν πολλῶν) hesitationes nescio quo pacto*  
*validas gravissq; arbitrati sunt. Isti ajunt, multa corpora*  
*miserorum in naufragiis & fluminibus piscibus escam de se præ-*  
*buisse, mult: ut em in bello oppetentium corpora, aut ex alia aspe-*  
*riori causa aliisque circumstantiis rerum cum sepulturam non a-*  
*depta sint, feris, ut quæque fuit obvia, in prædam cecidisse. Cor-*  
*pora igitur ad eum modum absumpta, eorumque membra &*  
*partes unde constabant, quum à multis belluis dilaniata sint, ac*  
*proinde ex coalescendi natura, belluarum artubus cohereant,*  
*impossibile esse aiunt, ut secerniculum aut discriminationem pa-*  
*tiantur. Præter hæc & illud secundum, quod adhuc implica-*  
*tius est, in medium adferunt, in animalibus scilicet de pastu*  
*humanorum artuum nutritis, cum & ipsa vesca sint & idonea*  
*ad cibum, ac proinde in humanos ventres ingerantur, ac cum*  
*devorantium corpore coalescant, necessarium omnino esse ut ho-*  
*minis membra, quæ prius istis animalibus in escam cessere, ad alia*  
*humana corpora transeant, quum animalia illa quæ hominum in-*  
*terea carnibus victitaverunt, acceptas ex eo nutrimento pulpas*  
*& thoros rursus in homines illos transmittant, à quibus devo-*  
*rantur. Deinde istis verbis tragicè accumulanti liberorum vel in*  
*fame vel in insaniâ mactatos artus, rursus q; per dolos & insidi-*  
*as inimicorum à parentibus devoratos filios: simulq; & Medorum*  
*mensam, & tragicas Thyestæ epulas adyiciunt, & quæcunq; vel*  
*apud Græcos, vel apud barbaros novo & admirando modo patre-*  
G 2
ta sunt



*ta sunt calamitates. Ex istis inducunt, ut sibi persuadent, im-*  
*possibile esse resurrectionem, quum fieri nequeat, ut eadem*  
*membra cum aliis atq. aliis corporibus unà resurgant. Nam aut*  
*priora corpora constare nequire, quum eò transferint membra, ubi*  
*complementum prabent: aut si prioribus possessoribus reddan-*  
*tur, sequentium corpora imperfecta fore.* Eandem objecti-  
 onem Cyrillus Hierosolymitanus Catech. xix. his pro-  
 ponit verbis: λέγασι θεος ἡμᾶς ταῦτα εἰδόντες ὅμᾳ καὶ Σαμα-  
 ρεῖται, πέπρωκεν ὁ ἀνθρώπος ὁ τελευτήσας, καὶ σέσηπε, καὶ εἰς σκώ-  
 ληκας ὄλωσ ἀνελύθη, καὶ οἱ σκώληκες τεθυήκασι. σπηπεδῶν τοιαύτη καὶ  
 ἀπώλεια διεδέξατο τὸ σῶμα, πῶς ἔν ἐγείρεται, Τῶς ναυαγήσαν-  
 τας ἰχθύες καὶ ἄεξερώκασι, καὶ αὐτὸν κατεξέωθησαν. Τῶν θηρομά-  
 χησάντων ἄρκτοι καὶ λέοντες, καὶ αὐτῶν ὅσῃα λεπίθυναυτες, ἀνῆλα-  
 σαν. γόπτες καὶ κόρφακες τῶν χαυμαῖ ῥιφέντων νεκρῶν ἄεσι σίρνας φα-  
 γόντες, εἰς πᾶν τῶν κόσμον ἀπέπησαν, πῆθεν σινάγεται τὸ σῶμα;  
 ἐγχαρεῖ γὰρ τῶν ὀρνίθων τῶν φαγόντων, τὸν μὲν, ἐν Ἰνδιῇ πελώπησαι,  
 τὸν δὲ ἐν Περσίδι τὸν δὲ, ἐν Γορθία. πρὸ κατὰ φλεγγύτων ἐτέρων, καὶ  
 αὐτῆν τὴν ποδιῶν διεπόρπισεν ὁμοθεος ἢ ἀνεμῶ. πῶθεν σινάγεται  
 τὸ σῶμα; *Dicunt ad nos tam Græci, quam Samaritæ: Occidit ho-*  
*mo, mortuus est, & computruit & totus in vermes resolutus*  
*est, atq. ii vermes quoq. interierunt. Putrefactio tanta & cor-*  
*ruptio corpus excepit, quomodo igitur resurget? Navigatores à*  
*piscibus devorati sunt, & ipsi quoq. comesti sunt: eos, qui cum*  
*bestiis pugnarunt, urfi & leones, unà cum osibus comminuerunt.*  
*Vultures & corvi mortuorum humi proicctorum corpora com-*  
*ederunt, & in universum mundum disperserunt. Vnde congre-*  
*gabitur corpus? Nam avium, quæ illud comederunt, aliam*  
*quidem in Indiâ mori contingit, aliam in Perside, aliam in*  
*Gorhia igne comburi, & ipsius cinerem ventus dispersit. Vnde id*  
*corpus congregabitur?*

LIII. Respondet quidem Athenagoras, non om-  
 ne alimentum cedere in augmentum corporis aut cor-  
 pori



pori uniri, sed maximam partem excerni; quod etiam si ex alimento aliquid accesserit, id tamen non statim ad ipsum esse hominis constituendum pertinere. Verum quum hanc responsonem non sufficere videat, negat, fieri posse ut homo humanam carne nutriatur five corpus utut comestum cum corpore ejusdem speciei coalescat, cum sit cibus *παρὰ φύσιν*. Sed hoc magis à vero aberrat.

LIV. Felicius autem & rectius nodum hunc solvit Augustinus lib. xxii. de civitate Dei cap. 20. Postquam enim sibi objecisset: *Si quis piã confectus fame atq; compulsus vescatur cadaveribus hominum, quod malum aliquatim accidisse & vetus testatur historia, & nostrorum temporum infelicia experimenta docuerunt, numquis veridica ratione contendet totum digestum fuisse per imos meatus, nihilque inde in eius carnem mutatum atque conversum, quum ipsa macies, quae fuit, & non est, satis indicet, quae istis escis detrimenta supplet a sint?* Respondet: *Quicquid carniū exhaurit fames, utique in auras est exhalatum: unde diximus omnipotentem Deum posse revocare, quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini in quo esse caro humana primitus cepit: ab illo quippe altero tamquam mutuo sumpta deputanda est: sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo, qui potest etiam exhalata revocare, reddetur. Quamvis etsi omnibus perisset modus, nec ulla eius materies in ullis naturæ latebris remansisset, unde vellet, eam repararet omnipotens. Nec minus feliciter difficultatem de animalibus & bestiis carne humana saginatis expedit Cyrillus Hierosolymitanus, hisce verbis: Σοὶ τὸ ἀνθρώπων μικροτάτω ὄντι καὶ ἀσθενεῖ, μακρὰ τῆς Γοτθίας ἢ Ἰνδουκῆ, καὶ Ἰαπωνία Περσίδε. Θεῶ δὲ τῶν κατέχοντι πῶσαι τῶ γῆν ἐν δεξιῇ πάντα ἐγγύς. Μὴ τοίνυν πρὸς τὴν σὴν ἀσθένειαν, ἀδυναμίαν κατηγόρει Θεῶ, ἀλλὰ τῇ ὀκνείᾳ διδάμει πρὸς σθε μᾶλλον. εἴτα*



ἡλιος, ἔργον μὲν ὦν τῆς θεῆς μικρόν, μιά πρὸς ὅλην τῶν ἀκτινῶν πάντων  
θερμαίνει τὸν κόσμον. καὶ ἀπὸ ὧν ὁ θεὸς ἐπέθηκε περιέχει τὰ πάντα ἐν  
κόσμῳ. θεὸς δὲ ὁ καὶ ἡλίας καὶ ἀέρας ἡμιμεγέθους, ἄρα μακρὸν ἀπέ-  
χει τῆς κόσμου; ὑπόθε μοι ἀεὶ φέρει σπέρματα γνημμάτων μεμι-  
χθῆναι· ἀδενῆν πᾶσι σοὶ περὶ τὴν πίσυν, ἀδενῆ λέγω καὶ τῆ ὑποδέγματος.  
καὶ τὰ τῆ ἀεὶ φέρει τῶν γνημμάτων, περιέχει δὲ ἐν μιά δεξιᾷ  
τῆ σῆ· μέγα σοὶ ἔστι ἄρα τῶ ἀνδρώπῳ, ἢ εἰκόλον τὴν σὴν ὄρεκα ἀε-  
κρίνα, καὶ ἕκαστον τῶν γνημμάτων καὶ τὴν ἑαυτῆ φύσιν σωμαγαγεῖν καὶ  
ἀποκαταστήσαι εἰς γῆν; εἶτα, σὺ μὲν τῆ ἐν τῆ σιαυτῆ χειρὶ ἀε-  
κρίνα δύνασαι, θεὸς δὲ ἄρα τῆ ἐν τῆ ἑαυτῆ δεξιᾷ περιεχώρημα ἀε-  
κρίνα καὶ ἀποκαταστήσαι εἰς δύναται; *Tibi sane hominioni exiguo  
& imbecilli procul à Gotbià India, & Hispania à Perside videtur.*  
*Deo autem qui terram pugillo continet, omnia sunt propè. Non  
igitur pro tuà imbecillitate, Deum arguas impotentia sed potius  
illius potentia assentire. Si enim sol exiguum opus Dei, uno  
radiorum jactu, univèrsam orbem calefacit, & aer, quem Deus  
fecit, circumdat mundum, Deus autem & solis & aeris opifex  
num distat à mundo? Cogita diversa semina germinum misce-  
ri (infirmo enim tibi in fide infirma propono exempla) & hæc  
diversa semina tuo pugillo contineri. Estne tibi homini res  
magna, an facilis, pugillum tuum aperire, & unumquodq. ger-  
men, secundum ipsius naturam colligere, & ad germen restau-  
rare? Et tu quidem in tuo pugillo poteris, num & Deus, que  
illius pugillo continentur, discernere, congregare, & restau-  
rare non poterit? Quibus gemina scribit Augustinus  
Enchirid. cap. LXXXVIII. Non perit Deo terrena materi-  
es, de qua mortalium creatur caro: sed in quemlibet pulverem  
cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in  
quamcumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elemen-  
ta vertatur, in quorumcumque animalium etiam hominum ei-  
bum cedit, carnemque mutetur, illi anima humana puncto  
temporis redit, que illam primitus, (ut homo fieret, cresceret,  
vive-*



viveret) animavit. Eandem hanc quæstionem tractant  
Iustinus Martyr Respons. 1, ad objecta de resurrectione  
& Ioan. Filescus, Parisiensis Theologus, Selectorum  
lib. 1. pag. 114. & seqq.

LV. Non enim necessū habemus, ut cū Iudæis, in hisce &  
alijs corporibus restituendis, omnipotentia divine prin-  
cipiū aliquod resurrectionis incorruptibile subministre-  
m<sup>9</sup>, & fingamus os aliquod inferius spinæ dorsū nulli pu-  
tredini vel corruptioni obnoxii, cuius, tanquam resur-  
rectionis seminis, beneficio, futura sit totius corporis re-  
surrectionis: quod ossiculum vocant לֶחַיִּי & רִיבְרִיבָא de quo, qui  
nugas & fabulas Iudæicas desiderat, adeat Ioan. Bux-  
torfij Lexicon chaldaicum -- Talmudicum -- Rabbinicū. pag. 1129.  
& 2646.  
Menasseh ben Israel autem tale ossiculum dari certo af-  
firmare non audet, quare dubitanter sententiam suam  
proponit lib. 11. de Resurrectione mortuorum cap. xvii.  
ubi cum tractasset quæstionem, *An omnia corpora in re-  
surrectione ex pulvere suscitanda sint, an vero prout & quan-  
tum isto tempore corrupta erant:* caput his claudit verbis:  
*Hæc (resurrectio) fiet postquam corpus planè dissolutum, omni-  
aq; membra in pulverem redacta erunt, manentibus solū ele-  
mentaribus partibus, neq; se cum universalibus elementis com-  
miserentibus, uti diximus; vel post interitum omnium partium  
remanebit solum ossiculum spinæ, ex quo universum tum corpus  
restituetur. Quando autem dicimus, necessarium esse ut illud  
quoq; in pulverem redigatur, sciendum est, id futurum etiam  
proximè ante resurrectionem mortuorum, & tum immediatè  
statim corpus instauratum iri. Hocine an illo modo id futurum  
sit, perinde est: sufficit nobis probasse antiquam fuisse sententiã,  
resurrectionem futuram non nisi ex pulvere. Imò antiquis-  
sima est hæc sententia, ideoq; & verissima, quæ fundata  
in absolutâ illâ divinâ maledictione: Pulvis es & in pulve-*



rem reverteris, Genes. iii, 19. Quomodo autem officulum hoc fiat semen ex quo corpora sint per resurrectionē restituenda, explicat cap. xvi, libr. ii. *Quorundam, inquit, opinio est, uti in Zoar Parassab Pinhaz legere est, quod Iobus eo in loco (cap. x, 11. Nonne sicut lac fundes me, & sicuti caseum coagulabis me? Pelle & carne vesties me, & ossibus ac nervis cooperies me,) loquatur de incorruptibili illo osculo, quod rore instar lactis emollietur, & deinde sicut caseus coagulabitur, ut inde fiat totum atq; integrum corpus humanum. Quod non improbabile videtur. Et ita fabulam annectit fabulæ.*

LVI. Corporum resuscitatorum *Forma* eadem erit quæ in hac vitâ, sine tamen ullo naturæ vitio vel defectu, qui omnes abolebuntur & desinent. Non enim *foemineus sexus* mutabitur in formam virorum, prout ex Patribus quidam sibi persuaserunt. quos sine accuratiori sententiæ examine multi ex Scholasticis secuti, male intelligentes locum Eph. ix, 13. *Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum in mensuram et atis plenè adultæ Christi.* Non enim Apostolus agit de perfectione sexus virilis præ femineo, & ideo mulieres in viros mutandos ait; sed de augmento & incrementis in fide, in pietate, & in mysteriorum divinorum cognitione, quæ in hac fiunt vita, & tendunt ad illam cognitionis perfectionem, quam fideles in alterâ vitâ possidebunt: hanc enim explicationem Apostolus ipse addit v. 14. ubi inconstantes in fide, & perfectionis iter nondum ingressos, vocat *parvulos fluctuantes & quovis vento doctrina circumactos*, eosque viris perfectis opponit. Quod si verò foeminei sexus talis foret immutatio, non possent dici eadem numero corpora resurrectione,



surrectura, cum per illam muliebri sexui adimeretur  
conditio quædam individuans, quâ sublatâ & mutatâ  
in resurrectione, diversa, quoad partem, forent corpora  
ab ijs quæ per mortem ceciderant, cum tamen vitia  
naturæ tantum abolenda sint, manente perfectione & in-  
tegritate naturæ, qualis est sexuum illa distinctio, quod  
& Salvator docet Matth. XXI 1, 30. Cum enim interro-  
garetur cujus septem fratrum in altera vita futura esset  
uxor, quibus singulis in hac vita nupserat: non negavit  
fœminas in resurrectione futuras, quæ compendiosa fu-  
isset responsio si fuisset vera; sed nuptias & matrimoni-  
um tantum futurum negat. Imò & sexum muliebrem  
futurum esse affirmat, dicendo; *In resurrectione non nu-  
bent*, quod ad fœminas pertinet; *neque uxores ducent*,  
quod ad viros. Futuras ergo quæ nubere possint & so-  
lent, etiam futuros qui uxores hic ducere solent, sed  
hoc ibi non facturos, ut benè dubium hoc removeret Au-  
gustinus lib. XXII. de civitate Dei, cap. XI II. cui adde  
Iustinum Martyrem Quæst. & Respons. ad Orthodo-  
xos quæst. LX. Athanasium in quæst. ad Antiochum qu.  
XXIV. Autorem de Fide ad Petrum Diaconum cap. III.  
Hieronymum in epitaph. Paulæ matris ad Eustochium  
epist. XXVII. & epist. LXI, adversus errores Ioan. Hiero-  
solymitani cap. III. & adversus Iovinianum lib. I. cap.  
XXI. Gennadium Massiliensem de ecclesiast. Dogmat.  
cap. LXXVII. Rabanum Maurum de sermon. propriet.  
lib. IV. cap. X. Thomam de Aquino in addition. part.  
III. Summæ, quæst. LXXXI, artic. 3.

L VII. *Locum* resurrectionis certum designant  
Iudæi, quando credunt, eos qui extra terram Canaan mo-  
riuntur & sepeliuntur, ibi non resurrecturos in die Iudi-

H

cij ma-



eij magni; sed per terræ meatus penitissimos revolutum  
iri in terram Canaan, utpote solam resurrectioni mor-  
tuorum destinatam, ibique tantum resurrecturos. Un-  
de etiam, teste Ioan. Buxtorffio, reperiuntur, qui hoc  
nomine ante mortem eo proficiscuntur, ne post mortem  
hanc molestiam revolutionis, utpote cum dolore con-  
iunctam, experiantur. Hac corporum revolutio per  
terræ cavernas vocatur גלגול המתים *Revolutio mortu-  
orum* vel גלגול הקברות *Revolutio cavernarum*. Vide Bux-  
torffii Lexicon Chald. Talmud. Rabbinicum voc.  
גלגול & גלגול Menassch ben Israel verò lib. ii. de resurrexi-  
one mortuorum, c. ii. hanc sententiam dicit rejicien-  
dam nisi allegoricè accipiatur, cum impossibile sit infini-  
tum illum resurgentium numerum in terrâ sanctâ simul  
posse consistere & ab illâ capi. Resurrectionem autem  
mortuorum fore universalem sive in omnibus mundi  
partibus, probat ex Ezech. xxxvii, 12. Videmus hinc,  
inquit, Deum promittere populo Israelitico, quocumq; in loco fue-  
rint sepulti, se eos velle ad similem priori vitam revocare, & de-  
inde eos in propriam terram, nempe sanctam, inducere, ut ibi sa-  
lute Domini fruantur. Nec ullibi sacræ scripturæ loci cu-  
iusdam mentionem faciunt, sed generaliter tantum mor-  
tuos resurrecturos asserunt.

LIIIX. Tempus quoque resurrectionis nullum de-  
finitum in Scripturis, illud autem inquirere velle, impi-  
um. Non est vestrum, ait Dominus discipulis de restitu-  
tione regni Israel inquirentibus, nosse tempora & articulos  
temporum, quos Pater in sua ipsius constituit potestate. Act.  
1, 7. & Matth. xxiv, 36. De die autem illo & horâ nemo  
scit, ne angeli quidem celorum, sed Pater meus solus. No-  
vissimo autem eam die futuram discimus ex sermone  
Marthæ



Marthæ de Lazaro, Scio, quia resurget in resurrectione, in die  
novissimo, Ioh. xi, 24. Brevissimo tempore absolvendam,  
indicat Apostolus I. Cor. xv, 52. ubi ait eam futuram ἐν  
αιπόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, sive ut olim alii codices legerunt  
ἐν ῥοπή. Vnde in momento aucto oculi motu transtulit Tertull.  
lib. v. adversus Marcionem cap. x.

LIX. *Finis* resurrectionis proximus est *ἡμῶν* co-  
ram tribunali Christi, & *ἡμῶν* antea dæ vitæ. Nam i-  
deo Deus homines suscitabit à mortuis, ut judicet de  
universis, grana à palea, oves ab hædis, pios ab impiis  
discernat, ut docet Christus Ioh. v, 29. & plenius Matt.  
xxv, 23. & seq. Vbi impii ex Dei justitiâ æternis afficien-  
tur pœnis & cruciatibus: pii verò sempiternis gaudiis &  
lætitiâ beabuntur & cum sanctis angelis & electis coram  
facie Dei in æternum vivent. Quâ in re finimus, Deum  
supplices orantes, ut & nos aliquando hoc sine,  
piis promisso, donare velit.

\* ) O ( \*

F I N I S.

*Thest. 23. lin. 19. lege Iudæorum. th. 33. lin. 24. leg. catalogum.*









99 A 6948

ULB Halle

3


002 840 022



Ruha Vb 17









DISPVATIO<sup>37</sup> THEOLOGICA  
DE  
RESVRRECTIONE  
CARNIS,

QVAM  
IN ILLVSTRI ACADEMIA  
IVLIA,

Venerandi & Amplissimi Collegii Theolo-  
gici consensu,

PRAESIDE  
Plurimum Reverendo, Clarissimo ac  
Excellentissimo Viro,

CONRADO HORNEIO

S. THEOL. D. ET PROFESSORE,  
HODIE DECANO AC  
PROMOTORE,

PRO LICENTIA SVPREMVM IN  
THEOLOGIA GRADVM CONSE-  
QVENDI.

Publicè examinandam proponit  
M. ALBERTVS E L E R S  
HAMBVRGENSIS.  
*Habebitur IV. Non. Majj.*

—o—o—o—

HELMÆSTADI,  
Typis HENNINGI MULLERI acad. typ.

CIO IO C XLIX.

